

Q

# MEDITATIO-

## NES GRAECANI.

CAE IN ARTEM  
GRAMMATI-  
CAM,

In eorum gratiam, qui uiua præceptoris  
uoce destituuntur, & literas Græcas  
suo ipsi ductu discere coguntur,

N I -  
COLAO  
**CLENARDO**  
AVTO -  
RE.



L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,  
1548.

# HUMANISSIMO SI-

MVL' Q VE DOCTISSIMO

uiro, Iacobo Cantæ, Reuerendissimu D. Cardi-

nalis Campegi summo Cubicula-

rio, Nicolaus Clenardus

S. P. D.

A E P E N V M E R O mihi uenit in mentem,  
ciusmodi libellum conscribere, qui Græcæ lingue  
studiosis, post primum Grammaticæ gustum, tan-  
quam præceptoris instar esset, si quando uiuæ uo-  
cis penuria laborarent. Atq; id consilij non defuerunt qui pro-  
barent: Nihil tamē & què confirmavit, ut tuum doctissime Canta  
iudicium. Cum enim nuper Bruxellæ de literis ageremus, ope-  
ræ pretium futurum credebas, si rudimentarijs istis Tyronibus,  
Scriptor quispiam Græcus ita legendus proponeretur, ut singu-  
li uersus uerborum thematis insignirentur. In illis enim riman-  
dis nūscere plerosque angi, quibus hac ratione scrupuli omnes  
eximi possent. Ibi me illico minus iam propositi pœnitere co-  
pit, sed quasi oraculi autoritate permotus, inchoatum aliqui  
opus absoluere statui, eodem ferme filo, quod tua prudentia  
demonstrasti. Mitto itaq; istuc Meditationes Græcanicas, easq;  
sub nominis tui auspicijs editas, ut quisquis inde fructus ad stu-  
diosam iuuentutem manauerit, cum totum propensissimæ tue  
uoluntati acceptum ferat, Deumq; precetur, ut quod præterea  
de iuuandis bonarum artium studijs animo concepisti, felicem  
sortiatur exitum. Mibi certè pro effusissimo isto in literatos  
homines amore, augurari libet, & ominari licet, orbem ali-  
quando sibi gratulaturum, de præclaris Iacobi Cantæ meritis.  
Bene uale uir integrerrime, & Campegi familiam litera-  
rum gloria, quod strenue facis illustrare perge. Louanij Anno  
M. D. XXXI. XI. Calend. Iulias.

MEDITATIO-  
NES GRAECANI-  
CAE, IN ARTEM  
GRAMMATI-  
CAM,  
AVTORE NICOLAO  
CLENARDO.



RAMMATICORVM præcep-  
ta, quæ discendi linguis destinata sunt,  
ita de num utilitatem adferunt, si & me-  
moria fideliter conseruentur, & iugi medi-  
tatione, adhibito iudicio, tanquam reno-  
uentur. Qua quidem in re tantum est mo-  
menti, ut hic eos peccare potissimum cre-  
dam, quicunq; studia linguarum infeliciter auspiciati sunt. Vi-  
deas plerosq; annos aliquot in quibus suis paßim obuersari au-  
ditorijs, noctes diesq; Grammaticos euoluere, professorum di-  
ctata religiosissime describere, & breuiter, omnem (quod dici  
solet) mouere lapidem, ut artis quam sectantur omnes canones  
telligent, cum interim tot consumptis laboribus, ne id quidem  
, it assequuti, ut uel nominum teneant Declinationes, uel uer-  
borum Coniugationes. Usque adeò quosdam transuersos agitat  
inconsulta illa discendi libido, nouorum semper & incognitorum  
auiditate solliciti. Itaque non immerito graues sape uiri,  
Paulino more, illud istis occinere solent, Semper discentes, &  
nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Indignum enim  
arbitrantur, pretiosi temporis magno dispendio, linguam, aut  
Greccam, aut Hebream affectare, cum tot sint alioqui artes  
egregiae, & mortalium usibus per quam necessarie, in quibus

## MEDITAT. GRAECANICAE

summa cum laude uersari possis. Neq; tanien stultorum mores plus ualere debent, quam prudentum industria. Quin potius errantes in uiani reducere conuenit, & grassanti latius malo præsentancum remedium adserre. Quapropter iam nuper Institutionibus in lingam Græcam editis, ubi quicquid eò pertinet, breuiter præcepi, opere & pretium me facturum esse credidi, si discipulorum infirmitati, & temerarie illorum sedulitati, curam consiliumq; pro uirili parte preberem, qui sursum a deorsum citra delectum uarijs lectitandis auferuntur, multarum quidem horarum iactura, sed fructu exiguo. Atq; animū induxi, ut libellum aliquem rudi Minerua conscriberem, ubi Græcarum literarum candidatis, tanquam uocem præceptoris uiuam imitarer: ut haberent qui iam rudimenta percepissent, quid sequi, quid fugere deberent. Delecta siquidem epistola Divi Basilij, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias pertineret, quæ primò discenda essent, quæ contrà in præseus onuit tenda, & in posterum seponenda, quam potui fidelissimè monstrau. Neque ab hoc instituto duxi alienius esse, uerbulis singulis anxia quadam & barbara superstitione suum addere interpretamentum, nihil ueritus, ne in calumniam raperetur, quod paruulis & balbutientibus ipse quoq; inc balbum præstissetsem. Subdidi tamen suam unicuiq; sententiæ versionem Latinam, ut eam edidit Budæns: partim ne quis nostris modò consperet, ineptam & illatinam interpretationem, ut æquum est, irriteret, partim ut collatis inter se linguis, propria utriusq; phrasis agnosceretur. Placent alijs alia, mihi hæc uisa est Epistola nñrum in modum idonea, quæ per omnes (ut ita dicam) syllabas, exactè et diligēter excuteretur: propterea quod præter elegantissimam dictionem, & dignam uiro graui uenustatem, optimis monitis Christianos mores componit, sine quibus perniciosum est quicquid usquam literarum ediscitur. Proinde cui in animo sedet nostro consilio uti, ubi summā Grammatices

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

compendio paruo fuerit assecutus, nominum uerborumq; inflexionibus, quantum sat erit, degustatis, statim has legat Meditations, neq; alio se conuertat, priusquam totam Epistolam pertractauerit, et peniculando uestigandoq; sic locis omnibus rationem à se ipse postulauerit, ut citra moram quicquid occurserit, diluere possit, nihil inde proferatur uel minimu inomenti, quod non ad suum thema tauquam ad originem referre queat. Nam eiusmodi exercitatio unum aliquem in libellum conferenda est, ne perpetuò ad eandem reuoluare molestiam. Sed iam, exposita nostri propositi ratione, Basilium ipsum loquacem audiamus, cuius est Epistola ad hunc modum inscripta:

Ἐπιστολὴ Φεγάλδου Βασιλέως πρὸς τὸν ἄγιον Γρηγόριον  
τὸν θεόλογον, πολὺ δὲ καὶ ἐγκύρων σταχωγῶν.

Epistola Magni Basiliū, ad sanctum Gregorium  
Theologum, de uita in solitudine agenda.

SEcesserat uero Basilius in Pontum, uastusq; locum contemplationi appositum, eodem Gregorium pellicere studuit, missis ad eum literis, in quibus amoenitatem secessus graphicè depingit, et laudat. Cumq; is respondisset, regionis indolem non magnopere spectandam, ubi de lucro pietatis ageretur, et simul uideretur istiusmodi illecebris non adducendus, ut ipse quoque in Pontum migraret: ibi Basilius, occasione oblatā, pulcherrimam rescripsit epistolam, quam sic auspicatur:

## B A S I L I V S.

Ἐγένωντο τῷ ἐπιστολώ, ὡστὸ οἵ τοις τῷ φίλῳ  
πᾶσας ἐκ δι επιφανομένης αὐτοῖς ὁμοίσπιδες  
πρὸς τοὺς πειρότας ἐπιγνώσκοται.

Verbum uerbo redditum.

Gnoui tuam Epistolam, ut qui amicorum proles  
ex apparente in eis similitudine ad parentes agnoscunt,

## MEDITAT. GRAECANICAE

Interpretatio Budæi.

**S**ic tuam Epistolam agnoui, ut īj facere solent,  
Qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis  
conspicua agnoscant.

5

## S C H O L I A .

**H**Vnc uertendi ordinem ad finem usq; scrubabimus, ex ubiq;  
Hadie etis scholijs, quoties opus erit, ad nostras Institutiones  
lectorem remitteremus, adscripto paginæ numero, eoq; mi-  
nimè fallaci. Nam tametsi superiore anno, & ferme primo ab 10  
editione, supra quatuor millia excusa sint exemplaria, tamē se-  
dulò curatum est, ut omnes libri paginis inter se se conuenirent.  
Quod si quādo præsentis opusculi locum citauerimus, Codicem  
adducemus, alphabeti literis insignitum, & additis numeris.  
Hæc igitur præfati, Meditationes Greecanicas incipiamus. 15

Vox epistolæ prima est ἐπίγραφη γράψω, id est, nosco:  
compositum autem ex præpositione ὡδί, est ἐπίγραψω, hoc  
est, agnosco. secūdus Aoristus actiuus uerbi γράψω, est ἐγράψη,  
à uerbo in μι Tertia coniugationis γράψη, cuius Futurum  
pri. est γράσω, à primitiuo themate γράω. unde secundus Aori-  
stus actiuus ἐγράψη. ut διδώμι, Futurum δέωμ, Aorist. secund.  
ἐδώμ, cuius formationem quere in Institutionibus, pa-  
gina 76. uersu 13. Sic à γράψη, Fut. γράσω, Aorist. secund.  
ἐγράψη, compositum ἐπίγραψη, ex præpositione ὡδί, & ἐγράψη.  
Abiiciunt enim præpositiones ultimam uocalem, quoties præ- 25  
figuntur uocalibus. pagina 24. uersu 28.

Σον τὸν ἐπιγόλωπον, Genitiuus est pronominis primitiu,  
secundæ personæ, σὺ, σὺ, tu, tui, &c. Vsurpant uero Græci Ge-  
nitiuos primitiuæ speciei, ubi Latini per posseſſiuum loquun-  
tur, tuā Epistolam dicentes, non tui Epistolam: illi autē σὸν τὸν 30  
ἐπιγόλωπον: quanquā & posseſſiuis utantur, ἐπιγόλωπον τὸν σὸν.

Ἐπίγραψη στοιχεῖον Exencliticis est στοιχεῖον, ideoq; deſtituitur proprio

aa 6 accen

IN ARTEM GRAMMATICAM.

accentu. pag. 117. uersu 25. Enclitica uero non semper accentum remittunt in precedentem dictionem, sed quandoq; solum ipsum amittunt, & *έσιλος τε, πάροστε: σικ ἐπέγνωψ οὐ.* id quando fiat sensim ipse obseruabis. reperies σῶμα στοχού, non autem λόγος στοχού: recte tamen διλάσιαλός στοχού, σῶματά στοχού. Nam uocabula προπεριστώμενα, id est, quae penultima circunflectunt, aut προταροφύτονα, id est, quae acuunt antepenultimam, ea dictionis Encliticæ suscipiunt accentum, non autem προταροφύτονα, id est, quae acuunt penultimam. Tametsi quod ad accentum pertinet, securum adhuc esse præstat, neq; multum de his rebus angi, priusquam in Declinationibus & Coniugationibus probè uersatus fueris, & Casuum ac Temporum terminaciones exactè perdidiceris. Tum deniq; ad accentus rationem ueniendum erit, & in eo diebus aliquot consumenda meditatio, reliquis 25 omnibus omissis: scilicet ut ex animo & serio quod agendum est, agas. Quandoquidem re ipsa compéri, plerosq; in his literis cum plurimum temporis contriuissent, tamen uix tandem ad eam frugem peruenissent, ut iustum Grammatices cognitionem nacti essent, non aliam ob causam, nisi quod statim omnia simul nosse noluerint, & nulli tamen rei totos sese dēdere. Atque illud uel maximè linguis prouehendis impedimento consuevit esse, dum uiri alioqui boni, sed è quorundam moribus hæc studia aestimant, putantq; linguis singulis seculum esse tribuendum: cum tamen si quis recta ratione rem instituat, non modo Græcam & Hebræam, sed & Chaldeam & Arabicam ita nosse posset, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiat, sed maximè profint. Proinde, ut ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari uelim discipulum, ut primus labor impendatur Declinationibus & Coniugationibus, etiam neglegatis Accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notarit: deinde se in autore quopiam exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodum in Epistola præsentis facere coepimus.

## MEDITAT. GRAECANICAE

Vbi hoc scopo sibi proposito, iam istam partem satis affectus erit, mox alteram curam suscipiat, de Accentibus, aut de Syntaxi, disimulatis interim illis, que huc non pertinent. Itaque suaserim, libellum aliquem huic exercitationi designatum, non semel tantum euoluere, uerum toties à capite ad calcem usque perlustrare, quoties nouam prouinciam capessas: ita enim futurum est, ut & uetera, que iam didiceris, relectione confirmentur, & animus praesenti negotio detentus, minus distrahatur alienis.

Tηρ ἐπιγολὴν τὸν, Accusatiuus foeminitus articuli praepositiui, ἡ, Ἄ, τῆ, τὸν. Adhibent autem articulum fermē singularis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa, de quo pagina 83. uersu 4.

Ἐπιγολὴν Accusatiuus singularis, ἡ ἐπιγολή, Secundē declinationis, ut ἡ τιμή, τὸν ἐπιγολὴν, ut τὸν τιμήν. Articulus additus facile commonstrat nominum genus, numerum & casum: quod si defuerit, adhibito Lexico planum fiet: nam ceteri casus cum Nominatiuo principalem syllabam habent eandem. At in uerborum temporibus alia est ratio, propter augmentum. Cum uero dicatur ἐπιγολή, & ἐπιγολώ accentu acuto, hic 20 grauis positus est, τὸν ἐπιγολὴν. Dictiones enim acutae, nisi ponantur in fine periodi, & sententiam claudant, mutant acutum in grauem ob consequentem dictionem, pagina 123. uersu 5.

ωστερ ] ut, quemadmodum: similitudinis aduerbium. idem significat ως. Est enim in plerisq; περ, adiectio syllabica, ut 25 etiam in Articulis subiunctiuis. ὁστερ, ἡπερ, ὅπερ. pagina 83. uersu 2. Nemo uero sibi molestiam asciscat, in memorandis Aduerbiorum uarijs significandi modis, aut Coniunctionum potestatibus, ut norit quas Expletivas dicere debeat, quas Rationales, aut Causales. Illud pro partibus orationis, quas uocant Indeclinabiles, satis fuerit, ut quardo occurrent in autribus, significationem & usum obseruet.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

5] qui, articulus subiunctivus, functus officio relatiui, pagina 82. uersu 10. quod si scribatur sine acceniu oī, Præpositivus erit, qui non conueniret uerbo ἐπιγνώσκει, sed partipio, oī ἐπιγνώσκοντες, id est, agnoscentes. at oī ἐπιγνώσκονται, qui agnoscunt.

Tos τὸ φίλωρ πᾶσας] amicorum liberos. Inter articulum dictionis regentis, et ipsam dictionem regentem eleganter collocatur dictio recta cum suo articulo, τὸς τῶν τῷ φίλῳ, liberos amicorum, τὸς τῷ φίλῳ πᾶσας, amicorum liberos. Sic reliqua particulae, ut Præpositio cum casu, aut Aduerbiū, uenustē ponuntur in medio, τῷ μεθ' ἡμῶρ βίοι: τὸς οὐτῷ καθόδοτας: cuiusmodi sunt apud Latinos, ubi inter adiectiuū et substantiuū quippiam interscritur, Temperatum orationis genus, Summam doctoris autoritatem. &c.

15] Tῷ φίλῳ] articulus indicat esse Genitium plurale, à Nominatio Tertiæ declinationis ὁ φίλος, amicus: ut, ὁ λόγος, τῷ λόγῳ, τῷ φίλῳ. Semper uero Genitius pluralis desinit in ωρ, in omni declinatione: ideoq; inde certum Nominativum nō licet colligere, nisi consulto Lexico, aut præceptore.

20] τὸς πᾶσας] proles, liberos. ὁ νὴρ ἡ πᾶσι. τῷ νὴρ ἀπωλός, Quintæ declinationis Accusatiuus pluralis τὸς τῶν, accentū habens in priori syllaba, cū tamē Genitius πᾶσας ultimam acuat, de hoc pagina 126. uersu 20. cur etiam πᾶσας circumflectatur, non autem acuatur, dicendo τῶν, nota-  
25] tum pagina 125. uersu 20. in ἑσώσεσσωτος.

En ἀπιρανούμενος] ὅν, et ἢ, idem significant: sed hoc ante uocalem, ἢ αὐτή, ex ipso: illud ante consonantem, ὅν τῷ φός, ex patre. Præpositionum significata, regimen, et usum disces optimè legendis autoribus, et doctorum interpretationibus, quales etate nostra duos insignes uidimus, Erasmum et Budæum. Quod si cui libebit alieno magis frui labore, non habeo consilium expeditius, quam ut ipsius Budæi

# MEDITAT. GRAECANICAE.

commentarios, ubi de Præpositionibus accuratissimè scripsit, diligenter perlegat: præsertim si iam in literis grandior sit, & plusculum nactus fuerit iudicij. Alioqui infirmioribus & rudibus commodum erit Lexicon illud, quod nuper Parisijs excusum est opera Gerardi Morrhij: qui sedulò studuit, ut iuuentus in promptu posita haberet, & suo loco, non modò quæ tradidit Budæus, uerùm etiam quæcunq; ex aliorum monumentis apiculæ in morem collegit.

Ἐπιφανομένης] φάίνω, compositum ἐπιφαίνω, ostendo, passiuum ἐπιφαίνουμαι, ostendor, appareo, reluceo, & conspicuus 10 sum: nam crebro passiva Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diuerso nominare contingat idiomate, tamen que uocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, Genus, Numerus, Figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: ut, nos dicimus in plurali, 15 Diuitiae diuitiarum: illi singulariter, ὁ πλάτως, τὸ πλάτος: nos deponentis uoce Furor, illi uoce actiua κλέψιος. Sic non mirandum, cum illi dicāt, ἐπιφαίνομαι, sub uoce passiva, nos interpretemur nō solū ostendor, siue uideor, sed etiā appareo, reluceo, & etiā per circumlocutionem, conspicuus sum. Igitur ab ἐπι- 20 φαίνουμαι fit participium ὁ ἐπιφανόμενός, qui ostenditur, apparenſ: aut si per nomē reddere uelis, conspicuus. Fœmininū n̄ ἐπιφανομένη, Secundæ declinationis, Genitiuus τὸ ἐπιφανομένης.

Ἐπιφανομένης αὐτοῖς] apparēte in ipsis. Composita regunt casum præpositionis, id: Dativo iungitur, significans idē quod 25 in: proinde uerbum compositum Datium habet, ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis: nam absurdum fuerit imitatio, inappareo ipsis, quod uerbum Latinus non agnoscit. Quo factum est, ut in uersione præsentis Epistole, non sic uerbum uerbo reddere potuerimus, quin interdum cogeremur nūnus esse inepti, 30 dum saltem Latinis uocibus uti studemus, et si peculiarem lingue phrasim neglexerimus. Ideo uertimus, Apparente in ipsis:

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

non autem, inapparente ipsis.

Abr̄tōis] Datius pluralis pronominis abr̄tōs, de quo pagina 80. uersu ultimo.

ὅμοιότητ[<sup>ς</sup>] ὁμοιότητ[<sup>ς</sup>] similis, καὶ ὁμοιότητ[<sup>ς</sup>] similitudo, ἀλλα  
ὅμοιότητ[<sup>ς</sup>]. Adiectiva in es, formant substantia sc̄emurini generis in ót̄ns, quorum Genitiuus in ót̄n[<sup>τ</sup>ητ], pag. 13. uers. 22.

ὅμοιότητ[<sup>ς</sup> πρὸς τὰς τεκόντας] Observabis dictiones, quae significant conuenire, consentire, similem esse: aut contrā, dissidere, dissentire, pugnare, &c. pr̄positioni τρόπος adiungi: exempla notabis, ubi inciderint.

πρὸς τὰς τεκόντας] Pr̄positio πρὸς, cum Accusatiuo.

τὰς τεκόντας] τέκω pario, secun. Aorist. ἐτονοψ ab inusitatouerbo τέκω. ab ἐτονοψ Participium ὁ τεκώψ, τὰ τεκόντας. Accusatiuus pluralis τὰς τεκόντας, id est, eos qui genuerunt, aut pepererunt, nemp̄ parentes, quod tamen est nomen, non participium. Habent autem Gr̄eci in omnibus uerbis, omnium temporum Participia: Latini nō item. Cūm sit igitur τεκόντας participium Aoristi secundi, & significet Pr̄teritum, uice esse est nos circumloqui per uerbum & relatiuum, τὰς τεκόντας, eos qui genuerunt. Nam à uerbis actiuis, ut sunt pario, gigno, non sūnt participia Pr̄teriti temporis. Ideoq; si uelimus adhibere periphrasim, & tamen una tantum uoce reddere, uel rationem Temporis negligimus, & utimur participio pr̄senti, gignentes, parentes: aut eius loco Nomen ponimus parentes, genidores. Idem facito in ceteris: ut siquando Latinum participium eiusdem temporis non reperiatur, inuenias nomen quod saltem significatione consentiat: sicut à uerbo κτίσω, Futurum, κτίσω, Aoristus primus κτίσα, Participium ὁ κτίσας, qui creauit: pro quo uerte, creatorē.

Ἐπιγινώσκοι] agnoscunt, tertia pluralis, ab ἐπιγινώσκω.

B A S I L I V S.

Τὸ γαρ μὴ μέγα οὐναι φύσει τὸ τοῦ πίπο κατέσ-  
α α ε σκευήρ

Participii  
pr̄teriti in-  
terpretatio.

MEDITAT. GRAECANICAE

σκευὴν, πλὸς τὸ ἐμποιῆσαι ὅρμήν θνατὴν ψυχὴν σα, εἰς τὸ μεθ' ἡμῶν βίον, πρὶν ἂν πάθη τῷ τροπεῖ μάθοις καὶ φίλησθαι γῆς, σὸν δὲ ὄντως τὸ μάντον μα, καὶ φίλησθαι τὸν τῆς μηδὲν εἴπει τιθεμένος, πλὸς τών ἐμπαγγελίας ἀποκεμένην δύναμιν μανεστότα.

Verbum uerbo redditum.

Nam haud magnum esse dicere loci structuram, ad ingenerandum impetum aliquem animo tuo, ad cum nobis uitam, priusquam de modo aliquid didiceris & conuersatione, tuus est reuera sensus, & tui animi, omnia hīc nihil facientis, præ in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

Interpretatio Budæi.

15

Nam quodd existimare te ais, magnopere non referre, habitum structuramq; loci, ad ciendum in animo tuo desiderium uitæ nobiscum agendæ, antequam compertum quippiam habeas de modo & ratione uitæ nostræ: tuus hic est profecto, animiq; tui sensus, qui huius mundi bona prorsus nihil esse ducas, præaut est beatitudo, quam reconditam in diuinis pollicitationibus habemus.

25

S C H O L I A.

Tὸ γὰρ μὴ μέγα εἶναι φῶσαι, εἰτε.] Sic ordina, τὸ φῶσαι τών τὸν τὸν κατασκονέων μὴ μέγα εἶναι, id est, dicere loci structuram non magnum esse: hoc est, non multum habere meutri. Ceterum articulus τὸ, iungitur Infinitiuο φῶσαι, tanquam nomini. Siquidem Infinitiuο siue solus, siue cum casu, nominis uice fungitur, idq; in neutro genere, ετ; hoc loco tan-

aa 12 quam

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

quam Nominatiuus habetur.

γαρ enim, nunquam primum locum sibi in oratione uendit, ideoque uertimus per nam, propterea quod Latini pro articulo τὸ, nihil habent quod ponant, nisi dicant, Τὸ γῳ φῆσαι,  
5 Ipsum enim dicere: aut, Id enim nempē dicere: ut capiamus Articulum preposituum pro Pronomine demonstratiuo: id est, τὸ, pro τῷ. siquidem hoc interdum fit. pagina 82. uersu 20. Alioquisi Articulum suo more capias, cum nihil Latinū respondeat, turpe foret dicere, τὸ γᾳ φῆσαι, Enim dicere:  
10 quapropter uertimus, Nam dicere.

μὴ μέγα] non magnum. μὴ nominalia significata in praesens omittit, et suo loco discenda ducito.

μέγα] magnum, Adiectiuum neutrum, de quo pag. 94. uersu 24. Sæpe alterius generis substantiuo additur Adiectiuum  
15 neutrum, τὸν τὸν κατεστητὸν εἴναι μέγα, Loci structuram esse magnum: ueluti substantiue, hoc est, rem magnam, aut magni esse momenti, magnoperè referre, ut Budæus ueritit.

εἴναι] esse, Infinitiuus ab εἰμὶ sum. pag. 103. uersu 24.

φῆσαι] Infinit. Aoristi primi, ab Indicat. ἔφησαι, ut τύται,  
20 ab ἔτυται. cur ergo non φῆσαι, ut τύται Accentu acuto? iam monuimus, non aliud esse agendum prima lectione huius Epistolæ, quam ut casuum, et temporum, et personarum terminations rimaremur. et uides terminatione cōsentire φῆσαι, cum τύται, utrumq; in αι. Quod ad accentum attinet, αι in huius-  
25 modi solet haberi pro breui. pag. 125. uersu 25. longa uero ante breuem finalem circunflectitur, itaq; scribendum non φῆσαι, sed φῆσαι. pag. 125. uersu 20. in ἐξώς ἐξωτο. Vstatum uero thema huius Infinit. φῆσαι, est φημὶ, de quo pag. 107. uersu ultimo. Nec tam significat dico, quam puto, et profitcor: utrumque explicat Budæus, τὸ γῳ φῆσαι, nam quod existimare te ais.  
30 τὸν τὸν κατεστητὸν] de Articulo dictioonis regētis et reftæ, uide notata Codice a a 9. uersu 6. in τὸν τῷ φίλῳ τῶν δασ.

MEDITAT. GRAECANICA E

$\tau\acute{o}\pi\varsigma$ ] loci, ó  $\tau\acute{o}\pi\varsigma$ , Tertiae declinationis,  $\tilde{\tau}$   $\tau\acute{o}\pi\varsigma$ .

$\kappa\acute{a}\tau\alpha\kappa\epsilon\upsilon\omega$ ] structuram,  $\kappa\acute{a}\tau\alpha\kappa\epsilon\upsilon\omega$ , Secundæ declin.

$\pi\acute{e}\dot{\rho}\varsigma \tau\acute{o}\epsilon\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$   $\tau\acute{o}\psi\chi\hat{\alpha}\sigma\varsigma$ ] ad ingenerandū animo tuo.

Gerundijs et Supinis Græci carēt, in quorū locum subcunt In-  
finitiui, adiectis articulis neutri generis,  $\pi\acute{e}\dot{\rho}\varsigma \tau\acute{o}\epsilon\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$ , hoc  
est (ut rudius loquamur) ad ingenerare, id est, ad ingenerandū:  
aut, causa in generandi. Nam prius supinum, gerundū in di, uel  
dum, fermè efficit infinituum adminiculo præpositionis  $\pi\acute{e}\dot{\rho}\varsigma$ .

$\dot{\epsilon}\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$ ] Infinit. primi Aor. actiui, ab  $\dot{\epsilon}\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$  indo, in-  
genero, innasci facio: quasi intus facio, uel inesse facio. Capia- 10  
tur simplex  $\tau\omega\acute{\iota}\omega$ , & per Crasim  $\pi\o\omega$ , prime coniugatio-  
nis circumflexorum, Futur.  $\tau\omega\acute{\iota}\omega$ , Aor. pri.  $\dot{\epsilon}\pi\o\eta\sigma\varsigma$ , Infinit.  
 $\pi\o\eta\sigma\varsigma$ , unde compositum  $\dot{\epsilon}\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$ , ab  $\dot{\epsilon}\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$ , ex præ-  
positione  $\dot{\epsilon}v$ , migrante  $v$ , in  $\mu$ , propter  $\pi$  sequens. Quo-  
modo uero se habeant præpositiones  $\dot{\epsilon}v$ , &  $\sigma\dot{\nu}v$ , in compo- 15  
sitis, uide pag. 122. uersu 2. in uerbo  $\sigma\dot{\nu}\dot{\rho}\dot{\iota}\gamma\tau\omega\acute{\iota}\omega$ .

Quoties inciderit uerbum compositum, ut facilior sit tem-  
porum formatio, tolle præpositionem, & excutito simplex, ut  
modò fecimus in infinitiuo  $\dot{\epsilon}\mu\pi\o\eta\sigma\varsigma$ .

$\dot{\delta}\mu\pi\dot{\nu}\tau\iota\alpha$ ] desiderium aliquod, & impetum. nam hoc pro- 20  
priè uox significat, ueluti cū animus aliquò fertur, & aliquid  
agere gesit, odio uel amore prouocatus. Nominatiuus est  $\dot{\eta}\dot{\delta}\mu\pi\dot{\nu}$ , Secundæ declin. Accusatiuus  $\tau\iota\omega$   $\dot{\delta}\mu\pi\dot{\nu}$ , ut  $\tau\iota\omega$   $\tau\iota\mu\pi\dot{\nu}$ .

$\tau\iota\alpha$ ] Accusatiuus singularis fœminini generis, Nominatiuus  
ris,  $\tau\iota\dot{\nu}\dot{\delta}$ ,  $\tau\iota\dot{\nu}\dot{\iota}$ ,  $\tau\iota\dot{\nu}\dot{\alpha}$ , quod habes pag. 14. uers. 3. Quanquam si 25  
quis rectè perceperit ordinem, quem secuti sumus in Quinta  
nominum declinatione, facile inuenierit omnia, uel nobis tacen-  
tibus. Primo scripsimus quæ desinerent in uocalem, nempe  
 $\alpha$ ,  $i$ ,  $v$ ,  $\omega$ : nam nullum nomen Quintæ declinationis desinit in  
aliquam reliquarum uocalium,  $\epsilon$ ,  $n$ ,  $o$ : deinde sequuntur finiti: 30  
in consonantem, nec ullum desinit in aliquā istarum consonan-  
tiū,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $d$ ,  $\zeta$ ,  $\theta$ ,  $\kappa$ ,  $\lambda$ ,  $\mu$ ,  $\pi$ ,  $\tau$ ,  $\phi$ ,  $\chi$ , sed in unam rcliqua-

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

rum, nempe,  $\nu$ ,  $\xi$ ,  $\rho$ ,  $\sigma$ ,  $\psi$ , quas quinq; consonantes uariæ præcedunt uocales aut diphthongi, hoc ordine,  $\alpha\mu$ ,  $\epsilon\mu$ ,  $\eta\mu$ ,  $\iota\mu$ ,  $\omega\mu$ ,  $\tau\mu$ ,  $\nu\mu$ ,  $\omega\mu$ . in litera  $\xi$ , non uocalium facimus discrimina, sed uarias ascripsimus terminationes Genitiui,  $\kappa\sigma$ ,  $\gamma\sigma$ ,  $\chi\sigma$ , pro asfinitate trium inter se mutarum, tenuis  $\kappa$ , media  $\gamma$ , aspirata  $\chi$ : sequitur  $\alpha\mu$ ,  $\epsilon\mu$ ,  $\eta\mu$ ,  $\iota\mu$ ,  $\omega\mu$ . deinde  $\alpha\sigma$ ,  $\epsilon\sigma$ ,  $\eta\sigma$ ,  $\iota\sigma$ ,  $\omega\sigma$ ,  $\kappa\sigma$ ,  $\gamma\sigma$ ,  $\chi\sigma$ ,  $\nu\sigma$ ,  $\omega\sigma$ . Subduntur que in duas desinunt cōsonantes,  $\lambda\sigma$ ,  $\nu\sigma$ ,  $\epsilon\sigma$ , ultimò que in duplicem + desinunt, ubi similiter ut in  $\xi$ , non uocalium habita est ratio, sed Genitiui  $\kappa\sigma$ ,  $\gamma\sigma$ ,  $\chi\sigma$ , pro tribus alijs mutatis, tenui  $\pi$ , media  $\beta$ , aspirata  $\phi$ .

Hunc ordinem quisquis obseruabit, statim nouerit, ubi querenda erit, quicquid occurret de nominibus Quintæ declinationis.

Est autem hoc nomen  $\tau\mu\sigma$ , ex Encliticis, que proprio destituuntur accentu, pag. 127. uers. 27. ὅμηρος τίτα, πρόσημη τίτα.

Enclitica enim quandoq; non remittunt suum accentum, sed tantum perdunt, ut notatum Codice a a 7. uersu 1. in uoce ἵνεγεωρ στ. Sic & Enclitica disyllaba, quandoq; remittunt, ἀρθρωπόρος τίτα, quandoq; tantum perdunt, nempe si precedat περιστώμενος, id est, dictio cuius ultima circunflectitur, τοιωτίτα, aut ὁξύτονος, id est, dictio cuius ultima est acuta, καλόρος τίτα, sic hoc loco ὅμηρος τίτα. in cuiusmodi ablatus est accentus ē uoce τίτα, nec tamen dictio præcedens ullum habet accentum, præter natuum & proprium. Et in istis non obtinet Capon ille de accentu acuto, qui ob consequentiam nāgrat in

grauem, ut notatum Codice a a 8. uersu 19. in ἐπιστολίῳ. Nam si Encliticum seruaret accentum, scriberemus ὅμηρος τίτα. Acutus enim ob consequentiam mutatur in grauem: at ubi Encliticum accentum perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta, ὁξύτονος τίτα, non autem per grauem ὅμηρος τίτα.

Φυλῆς στὸν animo tuo. ἡ Φυλῆ, τὸ Φυλῆς, τὴν Φυλῆν, Secunda declinationis, ut ἡ τιμὴ, ἡ τιμῆς, τὴν τιμῆν.

οὐ] Genitiuus à στὸν pronomine, de hoc Codice a a 6. uers. 27.

# MEDITAT. GRAECANICAE

in  $\sigma\tau\lambda\omega$  πιγολῶ, et in ἐπέγνωμ σχ, Codice a a 6. uers. ult. ēis τὸ μεθ' ἡμῶρ βίον] Præpositio ēis, cum Accusatiuo, ēis βίον ad uitam. Budæus ὄρμον ēis τὸ βίον, hoc est (uerbum ē uerbo) Impetum ad uitam, uerit, Desiderium uitæ. Non enim interpretis officium est, anxia quadam religione numerare uoculas, et syllabis aſidere: sed Latinis auribus satis facere, et Græcanicas figuræ quam maximè fugere: ad quod nihil aequè conductit, atq; ratio Copie: in qua quisquis erit bene uerſatus, is facilimè præstabit rectum interpretem.

τὸ μεθ' ἡμῶρ βίον] Infirmioribus obsecuti, reddidimus in- 10  
ceptissimè, ut cernerent, quid cui responderet, hoc pacto, ēis τὸ μεθ' ἡμῶρ βίον, Ad cum nobis uitam. Articulum enim τὸ, qui uarijs modis explicari potest, tanquam negleximus, et Scholijs ipsum declarandum reliquimus. Itaq; articulus qui afficit præpositionem cum casu, reddetur commodo aliquo adiectiuo, τὸ 15  
μεθ' ἡμῶρ βίον, Agendum nobiscum uitam, pag. 132. uersu 14.

μεθ' ἡμῶρ] Apostrophos est, pro μετὰ ἡμῶρ, pag. 5. uers. 17.  
Græci autem hic à Latinis dissentunt, naturali præpositionis ordine seruato, dicentes, μεθ' ἡμῶρ, Cum nobis: pro quo La- 20  
tini, Nobiscum. Ceterum μετὰ, cum, Genitiuum habet, at  
μετὰ, post, Accusatuum.

ἡμῶρ] Genitiuus pluralis à Pronomine οὗτος, pagina 79.  
uersu 26.

βίον] ὁ βίος uitæ, Tertiæ declinationis.

πελψ ἀπ μάθοις] priusquā didiceris. πελψ antequā, priusquā. 25  
ἀπ μάθοις] Hæc coniunctio ἀπ, nunc est potentialis, δὲ ἀπ φάντα, Nequaquam dicas, haud possis dicere: nunc plane uacat.  
Vide Budæum in Commentarijs lingue Græcae, ubi usum ex-  
pli- cat, et quibus modis iungatur. Tu interim, quoties obuia  
fuerit hæc particula, securus neglige tanquam otiosam, donec 30  
in istis literis plus roboris collegeris. Multa diſimulanda sunt,  
ut loco et tempore discantur commodiore.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

περὶ τὸν] De modo: præpositio περὶ cum Genitiuo.

Τόντο] Nominatiuus ὁ Τόντος, ut ὁ λόγος, masculinum est, quod inspecto disces Lexico. siquidem Genitiuus τὸντος, conuenit utriq; generi, siue dicatur ὁ Τόντος, siue in neutro

τὸντος, ut τὸ ξύλον, utriusq; enim Genitiuus esset τὸντος.

Αὐτοῖς quorum penultima est ε, deducuntur nomina conuerso ε, in ο, λέγω dico, λόγος sermo: Πέπω uerto Τόντος, modus. iten aliud Τόντον mutatio, ut ab ἐπιστολῇ, id est, mando, mutto epistolam, sit nomen sc̄emininum ἐπιστολὴ, id est, Epistola: nam Latinitate donatum est.

τί] Aliiquid: neutrum à communi της, τηνός, hoc est, aliquis, quispiam, uel quidam: quæ tria Græci unica uoce dicunt.

τί μάθοις] aliquid didiceris, noris. Budæus adiutus præfatio copiæ, uersionem fecit speciosiorem, dum pro didiceris,

τι ueritatem compertum habeas.

μάθοις] μαθήσω disco, secund. Aor. capit à μαθήσω inuictato. unde Futurū μαθήσω, Aor. pri. ἐμάθησα, secundus, ἐμάθη, abiisciendo ex Aoristo primo penultimam uocalem cum consonante sequente, nempe ης, de hoc pag. 60. uersu 1. Ab ἐμάθη

20 Optat. est μάθοιμι, μάθοις, ut ab ἐτύποιη fit τύποιμι τύποις.

καὶ το] coniunctio copulativa. Quomodo descendæ partes orationis indeclinabiles. scriptū Codice a a 8. uer. 30. in ὀντερ,

Ἄδιαγωγῆς] διάγω dego, uitā traduco. à διὰ, το ἀγω, reiecta ultima præpositionis uocali, propter uocalē sequentē. pag. 25 24. uers. 28. Ab ἀγω, το composite uerbalia fiunt, adiectione syllabæ γή, ἀγω ἀγωγή, σιωάγω σιωαγωγή, εἰσάγω εἰσαγωγή, sic à διάγω fit διαγωγή, id est, institutū uitæ, το uiuendi ratio.

σὸη ἢντος] σόης, σή, σόη, tuus, tua, tuū, pronomen possebiū.

pag. 80. uer. 5. Seribitur hic σὸη, graui accētu propter sequentem dictiōnē, Codice a a 8. uers. 21. in ἐπιστολῇ. quod si poneatur in fine iuste sententiae, iam acueretur, διαρκεῖα τὸ σὸη.

ἢν ὅγιος] est reuera, ἢν Imperfectū ab ἐμι, pag. 103. uers. 24.

bb 1 sed

MEDITAT. GRAECANICAE

sed crebro ponitur pro praesenti τῷ. sic ἔδι pro δᾶ, ἐχεῖ  
pro χρᾷ.

οὐτως] profecto, reuera: aduerbium à genitio plurali par-  
ticipij uerbi substantiui, ἡμ, ὅνται, τὸ οὐτωμ, ν, in s, οὐτως.  
pagina 83. uersu 26.

diavónμα] sensus: à diavole. simplex νόη. Fut. νοίω, Præte.  
acti. νοίνα. Paß. νοίμα, unde uerbale τὸ νόημα. pag. 88. uer-  
su ultimo. ablato incremento, τ uerso μα, in μα, compositum  
diavónμα. Ut uero facilius sit thematis inquisitio & utilior,  
memores esse coenit, unde tempora formentur, & sensim tan- 10  
quam per gradus sursum ascendamus ad originē, donec inuen-  
tum sit praesens indicatiui modi: est enim thema hoc pacto quæ-  
rendum: diavónμα, reiice præpositionem, erit νόημα uerbale in  
μα, quod fit semper à Præterii passi. prima persona, sublato  
augmento: erit igitur νόημα, à νοίμα: porro Præte. paß. for. 15  
matur ab actiuo, uerōdo φα in μα, χα in γμα, uel κα, in μα.  
fuerit ergo νοίμα ab actiuo νοίνα. ubi autē κα, in Præt. de-  
sinit Fut. in σω, nisi sit Quintæ coniugationis. proinde Futu-  
rum erit νοίω: nam in Quinta coniugatione dicere νοίω, con-  
tra canonem est, qui prescribit penultimā Futuri Quintæ con. 20  
iugationis esse breviandam: & alioqui si Futurum esset νοίω,  
Præsens esset νοίω, quod nusquam apparebit in Lexico. relin-  
quitur igitur Futurum νοίω, id quod proficiscitur à Præsenti  
Tertiæ coniugationis νοίδω, νοίθω, νοίτω: aut Quartæ νοίώ,  
νοίσω, siue νοίτω: aut Sextæ νοίω: aut Prime circunflexorum 25  
νόήω, νοῖ: aut Secundæ νοάω, νοῖ: siquidem omnium istorum  
Futurum esset in σω. uerū nullum eorum ostendet Lexicon  
præter νόηω. Hanc thematis rimandi uiam diligenter obser-  
ua: paratenim miram facilitatem, ut statim occurrat origo,  
unde tempora manare queant. de hoc vide pag. 124. uersu 8. 30

καὶ τοῦ σὸν ψυχῆς] & tui animi. Hic uititur possessio pro-  
nomine, σός, σή, σέμ, tuus, tua, tuum, sc̄eminimum & σή, Geni-

IN ARTEM GRAMMATICAM.

tius τῆς, στᾶς. poterat uti primitiuo Genitiuo, οὐδὲν ψυχᾶς, hoc est, ut uictus more loquamur, Tis animi: pro, Tui animi: siquidem Græci genitiuos primitiuæ speciei μῆ, σῆ, ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν, etiam actiūc & possebiūc capiunt. apud nos autem Mei, tui, sui, nostri, uestrī, tautum pāsiūe: actiūe autem & possebiūe usurpat ueteres Mis, tis, sis, nostrum, & uestrum: tria Mis, tis, sis, exoluerunt: Nostrum & uestrum tantum partitiūe capiuntur, Vterq; nostrum, Quilibet uestrum.

ψυχᾶς] καὶ ψυχὴ, τῆς ψυχᾶς, Secunda declinationis.

10 τῆς πάντα τὰ τῆς μηδὲν τιθεμένης] ordina sic, οὐδὲν τιθεμένης πάντα τὰ τῆς, nihil faciētis omnia hic, subaudi posita. Interpres uon malè huic locum extulit per secundam personam, hoc modo, Qui huius mundi bona prorsus nihil esse ducas. tamen Genitiuus οὐ τιθεμένης, referendus est ad substantiū quod præcedit, nempe τὸ στᾶς ψυχᾶς. Tuus, inquit, hic est profectō, animiq; tuisensus. ψυχᾶς, inquam, hoc est, animi, uel animæ, οὐδὲν τιθεμένης, hoc est, nihil esse ducētis: aut, quæ nihil esse ducat. Participiū enim uarie redditur, nunc aduersum quiddam indicans, nunc causam explicans, ut hoc loco, τὸ μηδὲν τιθεμένης, nihil ducentis, quæ nihil esse ducat, hoc est, ut quæ, aut quippe quæ nihil esse ducat. Proinde quæ per participia Græcis efferruntur, nos Latinitate donabimus per eiusmodi coniunctionem, quæ commodissime facit ad sensum.

25 πάντα] omnia. οὐ πᾶς, τὸ πατέρος, καὶ πάτητα, οὐ πάτητας, τὸ πᾶν, τὸ παῖδες, Accusatiuus pluralis neutri generis, τὰ πάντα, accentu in priore, licet Genitiuus sit παῖδες, non πάντοι, uide pag. 126. uersu 20.

30 τὰ τῆς] Articulus aduerbio iunctus, mutat ipsum in adiectiuum, χθὲς heri, οὐ χθὲς, hesternus, καὶ χθὲς hesterna, & ita per omnes numeros & genera. pag. 132. uersu 14. aut in isto articulo Participium intelligitur uerbis substantiui εἶπ, ξεῖσ, εἶπ: aut aliud quippiam, quod loco & sententiæ congruit, seruati gene-

## MEDITAT. GRAECANICAE

ris, numeri, et casus ratione. exē illic, ὁ ἐναῦ qui illie est, habitat, ambulat, &c cetera. οἱ νοι, domi, aduerbialiter: τὸς οἰκοι, intellege ὄντας, existentes: hoc est, domesticos. sic τὰ τῆς intellige ὄντα, aut aliud quod quadrat: id est, Quæ hic sunt, uel geruntur: Quæ in hoc mundo sita sunt, &c. Est autē τῆς aduerbiū 5 sub forma Datiui foeminiti, cuiusmodi plurima sunt profecta ex secunda declinatione, habentq; α, uel η, diphthongū impro- priam, δημοσία, publice; δημοσία priuatim: βία, uiolenter: πάρερη- σία, confidenter, liberè: sic ἀλλή, πάντη, πή, ὅπη, κρυφή, σύσθη, ἐκή, ἡσυχή, κομιδή, πολλαχή, πατέραχή, διπλή, τεῖσα- 10 πλή, πονταπλή, τάντη. ad eundem modum τῆς, quod fit ab Ar- ticulo preposituo ὁ, ή, τὸ, qui aduentu particule δὲ, capi- tur pro Demonstratiuo, pag. 82. uersu 20. ὅδε, pro ἢ τοι, hic, ἡδε hæc, unde Datiuus τῆς huic, & aduerbialiter hic.

*Mηδέπου nihil. ὁ μηδείς, ἡ μηδεμία, τὸ μηδέρ, pag. 13. uer. 13. 15*

Tidēμένιον ] τίθημι, pag. 63. uersu 21. paſſ. τίθεμαι, Part. ὁ τιθέμενος, ἡ τίθεμένη, Genitiuus ἀλ τιθέμενος, id est, po- nentis, facientis, ducentis. Apud Attieos enim Passiva capiun- tur actiū: & alioqui Deponentia & Media uerba, idem ha- 20 bent præsens & imperfectum cum passiuis. Porrò τίθεται, hoc loco significat idem quod λογίζεται, id est, ducere atq; existi- mare. μηδέρ τίθεται nihil facere, μηρά τίθεται parui ha- bere, υπεροχη τίθεται posthabere, παρά δηλόρ τίθεται pro ni- hilo ducere, nihil facere. Verum ista persequi non est præsen- tis instituti: tantum illud studiosos adolescentes admonitos ue- 25 lim, si lingua Græca proprietatem, & elegantem uocabulo- rum usum tenere desiderent, ut commentarios Budæi summa cura perlegant. Reperient enim incredibilem quandam the- saurum, unde ad copiosè scribendum reddentur instructissimi.

Πρὸς τὴν μακαρίστην] ad beatitudinē. Nihil dueentis, i.e. 30 quit, ad beatitudinē, hoc est, præut est beatitudo. capitul. πρὸς, ut apud Comicum præpositio ad: Nihil ad nostrā hanc: id est,

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

præut nostra hæc est formosa, & dèp πρὸς τὸν ἡμετέραν τάπτων.

Ἐγένετο λίαν] in pollicitationibus. adiectiuum Diuinis, Interpres explicandi causa posuit.

Ἐπαγγελίας] A` nominibus in os, tam substantiis, quam adiectiis, deducuntur substantia in īa: κακός malus, κακία malitia: ἀγέλη nuntius, ἀγέλη, res quæ nuntiatur, ab ἀγέλη nuntio: cuius compositum ἐπαγγέλλω, ex prepositione ἡδι, & in uoce deponētali ἐπαγγέλλωμα promitto. Hinc ἐπαγγέλη, unde ἐπαγγελία Secū.decli. Datius pluralis τῶν ἐπαγγελίας.

Ἄποκλητον] Verbum καίμα, pag. 107. uers. 11. compositum ἀπόκλημα residueo, repositus, uel depositus sum, Part. ἀπόκλητον repositus, sœmininum ἀπόκλητον Secun. declin. Accusatius τὸν ἀπόκλητον. Nec miretur quis, quod uerbum præsentis temporis ἀπόκλημα uertitur repositus sum, & item participium ἀπόκλητον præsentis temporis per præteritum repositum. uide notata Codice a a 10. uersu 9. in uoce ἐπιφαινομένος. Neq; præterea hic laborandum est, ut quia uerbum καίμα nobis occurrit, totam illius edicas coniugationem. sed ubi excusso accusatiuo ἀπόκλητον, ad ipsum thema per ueneris, nempe καίμα, hic sistendum erit, nec ultra præsens tempus progredendum. Id quod in omnibus obseruabis, ne longius curam extendas, quam præsens locus postulauerit. Si quis occurret obliquus, non quiescendum nisi reperto Nominatiuo. si ipse inciderit Nominatiuus, aut thema uerbi, non scrutabimur anxiè quæ inde tempora deducantur. Ceterum quia ad consummatum grammaticum pertinet, etiam illa tenere, quæ posteriore parte nostrarum Institutionum carptim scripsimus, quæ incipiuntur pag. 84. uers. 26. consultum uidetur, non quidem ea solum ediscere, ut sparsim in excutiendo libello quipiam obvia erunt, sed huic quoq; rei poste à tempus suum tribuere, & à capite ad calcem usq; perlegere, serio studio haud aliter atq; feceris in præceptione primorum rudimentorum.

MEDITAT. GRAECANICAE

Ημῖν] nobis. Datius pluralis ab ἐγώ.

Μακαρότητα] ὁ μακάρεος, inde ἡ μακαρότης, τὸ μακαρότητος, uide in uoce ὄμοιότητος, Cod. a a 11. uersu 4. Accusat. τὸν μακαρότητα.

Ἐγώ ἂν μὲν ποιῶ αὐτὸς, μὲν δὲ ἐχαπᾶς τάῦτα, 5  
νυκτὸς καὶ νύκτερας, γράφειν αὐχωόμαι : κατέλιπον  
μὲν γὰρ τὰς φύσει διατριβὰς, ὃς μνεῖων κακῶν  
ἀφορμᾶς, ἐμωχῆρ δὲ σπῶ απολιτῶν οὐδιώθην.

Ego uero quæ quidē facio ipse in solitudine hac no-  
ste & die, scribere erubesco : dereliqui quidem enim in 10  
urbe occupationes tanquam sexcentorum malorum  
causas, meipsum autem nondum derelinquere potui.

Evidem scribere ad te non sustineo præ pu-  
dore, quæ in hoc extremorum finium recessu 15  
interdiu noctuq[ue] agito. Tametsi enim urbicas  
occupationes pro derelicto habui, ut sexcento-  
rum malorum causas: me tamen nondum ipsum  
etiam habere pro derelicto quiui.

Ἐγώ δέ] Coniunctio δέ, uariè redditur, autem uero, cete- 20  
rūm, porrò, sed, tamen, imò, rursus, contrà, quin, potius, ut sen-  
tentia postulat.

ἄ μὲν ποιῶ] ἄ, articulus subiunctivus, neutri pluralis, pa-  
gina 82. uersu 10. μὲν est coniunctio. ποιῶ ἄ ποιέω, Circum-  
flexum prime coniugationis. 25

Ἄβτος] ipse, pronomen aptum tribus personis, pag. 80. uer. 1.

Ἐπὶ τῆς ἐσχάτης] in solitudine, ὥδι cum genitiuo.

Ἐσχάτης] ἡ ἐσχάτη Secun. declin. Genitius ἀλλαζάτης  
per uocalem α, quod desinet in α purum. Cur autem scribatur  
Genit. ἐσχάτης per α circumflexum, notatum pag. 12. 6. uer. 2. 30  
Interpres ἐσχάτης uertit, Extremorum finium recessu signifi-  
ciantur enim hac uoce prædia ab urbibus semota, recessus, ε-

IN ARTEM GRAMMATICAM.

Solitudo ab hominum strepiture remota, ab ἐσχατῃ extreus.

Taōtus ] demonst. ετῃ hic, autem hec, Genitius taōtus.  
pagina ss. uersu 14.

3 Nuxtōs και οὐκέτας ] nocte & die, tempus collocatur in  
Genitio pag. 130. uersu 6.

Nuxtōs ] οὐ νύξ, nox, αλιν uxrtōs, noctis. pag. 12. uer. 5. Quanquā  
in huiusmodi sat fuerit indicasse Nominatum, quo conspecto,  
facile cognoverit lector, quomodo Genitium & reliquos ca-  
sus querere debeat, nō ignorans, quem ordinem in recensendis  
10 terminationibus obseruauerimus, de quo Cod. a a 14. uers. 23.

και οὐκέτας ] οὐκέτας Secū. decli. Geni. το οὐκέτας, quia exit in πα.

Γράφη] Infinitius praesentis temporis, ut τὸ πεπίπτειν, ab Indi-  
cativo γέγονος: quod cum sit thema, sistendum est, nec extra pro-  
positum inquirenda sunt reliqua tempora, Cod. b b 5. uersu 16.

15 Αιτιούμεναι ] αιτιούμεναι dedecoro, pudefacio, suffundo pudore,  
αιτιούμεναι pudeficio, erubesco, suffundor pudore. habes the-  
ma, ne longius angaris, ut reliqua rimeris tempora, sed hic sistas.

Ceterum quæ uerba passiuæ nocis, ut est αιτιούμεναι, sint  
reuera uerba Passiva, quæ autem Deponentia, & Activo ca-  
20 rentia, lectione autorum, ut pleraque alia, discendum est. Inter-  
pres γράφη αιτιούμεναι, ueritatis, Scribere ad te non sustineo  
præ pudore. quod speciosius est, et numerosius, quam si uerbum  
uerbo reddidisset, Scribere erubesco. pro uno uerbo αιτιού-  
μεναι, id est, erubesco, substituit multa per Periphrasis. Non susti-  
25 neo præ pudore. Quemadmodum autem rationes copiae pluri-  
mum ualēt ad parandam uersionis elegantiam, ita & omnibus  
locis magno sunt usui: & ijs potissimum medentur incommodis,  
quas aduersit linguarū illa proprietas & phrasis. Proinde si quis  
expedium & elegantem interpretem præstare studeat, ser-  
30 monis ubertatem sibi comparet, & tanquam in numerato, po-  
situmque ob oculos habeat, quicquid Erasmus de hoc genere  
præcepit, uir præter alias doles innumeratas, hac ad miraculum

MEDITAT. GRAECANICAE

usq; suspiciendus, quòd ita Græca in Latinum uerat, ut nullum Græcitat̄ uestigium appareat: idq; ea fide, ut nec sententie quid addat, nec detrahatur: cumq; nihil minus spectet, quam ut totidem uerbis reddat, tamen incredibili quadam dexteritate plerunq; essequitur, ut citra sensu iacturam, dictiōnum tamen numero respondere uideatur: hoc credo maximē fretus, quòd scribendi usu iam meditatum habet, quomodo in quāuis faciem formanda sit oratio. Quòd factum est, ut illius interpretationes, præterquam quòd Græcanicas figurās nusquam redoleat, hoc etiā eximū p̄ multis alijs sibi possint assumere, quòd tanquā 10 fontes Latini esse credantur, non autem ē Græcis fontibus hauriri. Sic uero interpretē agere & numeris omnibus interpretis fidem p̄stare, neq; tamen alium quām ipsum uideri arguēnti autorem, id demum absoluti artificis est. Evidēt pro mea tenuitate, non possum doctissimos uiros in hoc negotio 15 uersatos inter se se committere, & de unoquoq; censuram ferre. Sed tamen omnibus candidatis linguae Græcae non dubito consilium dare, ut huius uiri ueriones diligentissimē perlegant, executant, & imitari conentur. Alia in alijs eminent, neq; omnia sunt in omnibus illustria: interpretē fidelem, Latinum, & ele- 20 gantem, facilem, & commodum, in uarijs periclitatum, nisi nobis exhibuit Erasmus, nemo unquam est exhibitus.

[γέραφη ἀσχετομε] Valde usitatus est Græcis infinitiuus, ubi nos gerūdijs utimur & supinis, ut diximus Codice a a 14. uersu 4. in uoce πρὸς τὸ ἐμποῖοντα. uerū & alioqui, quem. 25 admodum apud Latinos, certa quædam uerba gaudent infinituo, ita & apud Græcos βέλομε λέγειν uolo dicere, & τολμῶ τοιεῖν, non audeo facere, &c. horum est hoc loco ἀσχέτομη γράφειν, erubesco scribere.

[κατέλιπορ] λέπω linquo. secū. Aor. ἔλιπορ, pa. 28. uer. 3. sic à 30 κατέλαμπω cōposito, id est, derelinquo, secū. Aor. κατέλιπορ, no κατέλιπορ, quia ἔλιπορ ictipitur à uocali, pa. 24. uer. 2. ab imo.

IN ARTEM GRAMMATICAM.

μὲν ] nūsq[uam] non obuiæ sunt h[ab]e duæ coniunctiones, μὲν  
quidem, d[icitur] uero. utimurq[ue] ipsis diuidendi gratia, ut senten-  
tiam à sententia, membrum a membro discernamus, ac priorem  
locum uendicat sibi ἡ, posteriorem d[icitur]. Quamuis autem cre-  
5 berrimum ἡ, nullo præcedente μὲν, rarissimum tamen est ἡ,  
quin posteā subdatur uel d[icitur], uel alia quæpiam coniunctio,  
que alteram sententiam contineat priori respondentem, ut cui  
sit uel affinis, uel diuersa: itaq[ue] hoc loco prior sententia est:  
κατέλιπος μὲν τὸ τὰς ὑπὸ ἀρχῆς διαφίβας, εἰτ[er]c. subiungitur  
20 altera, οὐαυτὴρ ἡ εὑπὸ ἀπολιτεῖη κατανθήσι. Ceterum Bu-  
dæus pro ἡ εἰτ[er]c. posuit tametsi, tamen, que duo minus Græ-  
citatem sapient, quam illa priora.

γαρ] enim de hac coniunctione diximus Codice a a 13. uer-  
su 2. Et quæ præterea nobis deuò ac s[ecundu]m occurrit, ea  
25 sat erit semel declarasse, uocis uero significatum altera uersio  
facile monstrauerit, aut adhibitum Lexicon.

Τὰς ὑπὸ ἀρχῆς διαφίβας ] αἰculus τὰς afficit præpositio-  
nem cum casu, de quo Codice a a 16. uersu 12. in uoce τὸ μέθ'  
ἵμωρ βιοp. uerti poterat, in urbe oblatas, aut datas: aut per  
20 relatiuum, quæ in urbe offerebantur, quæ in urbe mibi dabantur,  
quibus, cùm in urbe agerem, in uolu[i] εἰ implicari solebam:  
nam hic sensus est. sed breuitatis studiosus, compendio dixit,  
urbicas occupationes.

ἄρει] τὸ ἄρεν, τὸ ἄρετο sine Crasi. pag. 91. uersu 23. Da-  
25 tius uero ἄρει Crasim admittit ἄρει, si non à Nominatio  
άρεν, certè ab inusitato nomine Primæ declinationis contra  
etorum, τὸ ἄρετο, τὸ ἄρετο, τὸ ἄρει ἄρει, ut τὰ χερι, quem-  
admodum non solum dicitur δέρεν, sed εἰ τὸ δέρετο, τὸ δέ-  
ρετο δέρες, τὸ δέρει δέρει, ut τέχδ.

30 διατελεῖβας] διεβα, secund. Aor. εἰτειδοp, compositum διατε-  
λεῖβα, secund. Aor. διεβα, unde uerbale ἡ διατελεῖβα, Secun-  
dae declinationis, Accusativus pluralis τὰς διατελεῖβας. Multa

bb 9      sunt

MEDITAT. GRAECANICAE

Sunt uerbalia, quæ seruant characteristicon secundi Aoristi,  
diē p̄ibop, n̄ diā p̄ibn.

ως] tanquam, ut, ueluti. alia significata suo seruentur loco.  
Caveant uero studiosi, ne uocabulorum significationes inquirant,  
quo tempore sunt in Grammaticis occupati præceptionibus, 5  
qua in re plurimum se penumero peccatur. deinde iactis  
fundamentis, ubi ad autorum lectionem sese contulerint, si non  
aderit interpres consugiendum ad Lexicon, sed uerbi signifi-  
catum illud modò tractent, & quantum dabitur, in memoria  
reponant, quod loco præsentis satisfaciat. reliqua si fieri potest, 10  
ne legant quidem: quod si Scriptorem probè se uidcantur in-  
telligere, uel uiua preceptoris uoce fricti, uel fida alioqui ad-  
inti interpretatione, stultum est à Lexicis petere consilium, in  
quibus ut omnia tradantur planissimè, etiam quæ uocis usum  
prolati exemplis ostendant, tamen ieuniora minusq; uiuida 15  
sunt, neque tam penitus harent, ut quæ ipse tibi legendis auto-  
ribus paraueris.

μνείωρ] τὰ μνεία, multa & innumera, pro quo Latini  
sexcenta, numerus finitus pro infinito. Genitiuus pluralis τῶν  
μνείωρ.

μακώρ] ὁ μακός, n̄ μακή, τὸ μακόψ, malus, mala, malum.  
Genitiuus pluralis neutri generis, τῶν μακώρ malorum.

ἀφορμᾶς] n̄ ἀφορμή, Secundæ declinationis, τὰς ἀφορμᾶς  
Accusatiuus pluralis.

ἐμαυτὸρ] meipsum, pronomen compositum. pag. 81. uersu 6. 25  
οὐπω] non dum. πω tanquam adiectio syllabica, sic μάπω. iti  
apud nos syllaba dum, in nō dum, ne cdum, quiddum, hauddum.

ἀπολιπᾶν] λέπω, secund. Aor. ἐλιπορ, Infini. λιπεῖρ, sic à  
composito ἀπολέπω, secun. Aor. ἀπέλιπορ, Infini. ἀπολιπεῖρ.

ἀδινώθηρ] διώματι possum, uerbum deponens Secun. cōiug. 30  
in mi, à primitiuo διωάω, Futu. διωνίσω, Pret. Acti. δεδιώνηα,  
Paf. δεδιώνημα, δεδιώνησα, δεδιώνη), Aor. pri. ἐδιωνίθιν, &

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

Atticē ἀδιωκθίω: mutant enim Augmentum syllabicum in temporale. pag. 96. uersu 19. Nemo uero miretur, nos in rimando themate, aut formando tempore multa proferre quae non sunt recepta: neque enim quae recepta sunt, recensemus, sed quomodo 5 unumquodque formetur.

Ἄλλος ὁμοίος ἐμοὶ χρήσεις γνῶθαι λέγεται τὸ μητρώον απειρότερος ἀπολλυμένοις καὶ ναυτιλοῖς.

Sed similis sum in mari præ circa nauigationem in-  
10 experientia pereuntibus, & nauseantibus.

Similiterque illis affectus sum, qui nauigandi insolentes, nausea perdite affllicantur.

Ἄλλος ὁμοίος ] ἄλλος ὁμοίος, Apostrophos. pag. 5. uer. 17. Vsus  
15 te docebit quae uocales desint, ubi a sidua lectione didiceris  
ἄλλα non ἄλλα, & ita in reliquis. Budæus ἄλλα uertit que:  
nā h.e.c coniunctio uaria significat, nec tantum est aduersatiua.

ὁμοίος ἐμοὶ ] similis sum. recte uertit similiter affectus sum.

Tentabis ipse memor copie, num aliter quoque redi queat: ita  
20 nobiscum agitur, perinde res nostræ se habent. & breuiter,  
quæcumque uoces similitudinem æqualitatemque significant, tibi in  
mentem ueniant. & quod optimum duxeris, id ponere licebit.

ἐμοὶ ] accentum hoc loco remittit in præcedentem dictionem:  
est enim Encliticum, pag. 127. uersu 23. Ceterum coniugatio-  
25 nem huius uerbi substantiui ἐμοὶ habes pag. 103. uers. 23. sed  
quia hic præsens tempus occurrit, id est, thema, non est necesse  
ad reliqua descendere, ut ante monuimus.

τοῖς, &c. ἀπολλυμένοις ] Inter articulum τοῖς & partici-  
pium ἀπολλυμένοις, interseruntur aliquot particulae: de quo  
30 satis iam scriptum est in præcedentibus. Codice aa 9. uersu 6.

γνῶθαι ] in mari, præpositio γνῶ, cum Dativo θαλάσσῃ,  
cuius est Nominatius οὐ θαλάσσα Secundæ declinationis.

MEDITAT. GRAECANICAE

Ἐπὸν ἀπεισῆς] sic ordina, ἐπὸν ἀπεισῆς,  
præ inexperiencedia, ἀπεισῆς τὸ πλῆρη, circa nauigationem, uel in nau-  
igatione. aut siue, ἐπὸν ἀπεισῆς, præ inexperiencedia, ἀπεισῆς,  
inquam, ἀπεισῆς τὸ πλῆρη, que est circa nauigationem, que inter  
nauigandum contingit, explicando articulum ἀπεισῆς, ut maximi- 5  
quadrat. nec est aliud ἀπεισῆς τὸ πλῆρη, inexperiencedia circa  
nauigationē, quām inexperiencedia nauigandi. proinde interpre-  
tatus est totam hāc particulam duabus uocibus, nauigandi infor-  
lentes. capta uoce, ut apud Comicum, quid tu Athenis insolens?

Ἐπὸν] præ, cum Genitio, ἐπὸν dēs præ metu.

Κατὰ τὸ πλῆρη] in nauigatione, circa nauigationem, hoc  
est, inter nauigandum, Præpositio cum Accusatio.

Πλῆρη] πλέω nauigo, hinc ὁ πλός nauigatio, ut à Φίππῳ  
fit Φότος, Codice b b 1. uersu 6. in uoce Φόππος. Contrahibi-  
tur autem hoc nomen ὁ πλός τῶν, Accusatiuus πλός 15  
πλῆρη. pag. 91. uersu 3.

Ἀπεισῆς] πεῖρα, experientia, inde ἀπεισῆς inexpertus:  
Nam αὶ est γενήσικός μόρεος, id est, priuatiua particula, fa-  
ciens ē Substantiuo Adiectiuum, quod rei priuationem signifi-  
cet, μοῖρα pars, ἀμοιρή expers, φόβος metus, ἀφοβή in- 20  
trepidus: siue à πεῖρᾳ fit ἀπεισῆς, unde Substantiuum ē ἀπε-  
ισῆς, ἀπεισῆς, Secundæ deelinationis. Siquidem ab Adiecti-  
uis in es fiunt Substantiuia in ια, κακός malus, κακία mali-  
tia. ut notatum Codice b b 3. uersu 4. in ἐπαγγελίαις. Nec ta-  
men Analogia freti, eonabimur quæuis à quo uis deducere, sed 25  
spectandus est autorum usus, magnus magnitudo, non magni-  
tas. contraria, pius pietas, non item pietudo. iustus iustitia, non iu-  
stitas, nec iustitudo. si, apud Græcos φίλος φίλια amicus  
amicitia, non item καλός καλία, pulcher pulchritudo.

Ἀπολλυμένοις καθάποτοι] pereuntibus & nauescantibus, 30  
pro quibus Budæus, qui nausea perditæ afflictantur. Particuli.  
alterum mutauit in uerbum eiusdem temporis, & relativum:  
bb 12 deinde

IN ARTEM GRAMMATICAM.

deinde uocem unā duabus reddidit per Periphrasin, pro nau-  
scare, afflictari nausea: pro altero Participio ἀπολλυμένοις  
substituit Aduerbiū perdite. aut contrā, pro ἀπολλυμένοις per-  
ditē afflictantur, pro ναυσίωσι Ablatiū nausea. Faciamus pe-  
5 riculum, num alio quoq; pacto uertere liceat? qui nausea per-  
eunt, quos miserè cruciat nausea, qui perdite nausea torquen-  
tur, quos perdite grauat nausea, quos ad interitum usq; nausea  
premit, qui perdite uexantur nausea, quos infestat et perdit  
nausea, quibus nausea molesta perniciem adfert. Quanquam  
10 ista partim liberiora sunt, quam pro officio interpretis. tantum  
ostendendam hoc modo uiam putau, qua ratione eruenda sunt,  
qua studiosis huius rei conducant, ut ubi dictionem latissimè,  
pluribusq; uerbis explicauerint, ea demum feligant, qua com-  
pendio ad sententiam proximè uideantur accedere.

15 ἀπολλυμένοις] διλήνε, compositum ἀπολλύω, unde Actiuū  
in μι, ἀπόλλυμι, Paſ. ἀπόλλυμα perdor et pereo, Partici.  
ἀπολλύμενοις Tertiæ declin. Datiuus pluralis τοῖς ἀπολλυ-  
μένοις, qui regitur à nomine ὄμοι. nam ut Latini, sic et  
Græci Similitudinis adiectuo tribuunt Datium. Et quod ad  
20 illa communia Syntaxeos capita spectat, fermè idem obtinet  
apud utrosq;. quapropter in Institutionibus nostris ista per-  
quam paucis et carptim attigimus, et quod discipulus iam in  
ludo Latino perceperisset, id ne cōmemorare quidem uoluimus,  
rati nos operā perdituros, si doctum et memorē admoneremus.

25 Ναυτιώσι] ναῦσιάω, Crasis ναῦσι. Partici. ὁ ναυτιάωρ, τ  
ναυτιάοντ̄, τον ναυτιάοντ̄, Crasis ναῦσιωντ̄, Datiuus plu-  
ralis τοῖς ναῦσιωντ̄, rejectis literis υ· τ, ex Datiuo singulari:  
pag. 15. uersu 3. Scribitur autem ναῦσιωσι per ρ in fine, de  
quo pag. 23. uersu 26. et 95. uersu 10.

30 οἱ τελεί μεγέθει τῷ πλείστῳ δυσχράντσι, ὡς πο-  
λὺν τὸν σύληρ παρεχομένων, κακεῖθεν τῷ τὸν λέμ-  
βον 13 60

MEDITAT. GRAECANICAE

Ἐορὶς ἡ ἡ αἰνέτιορ μεταβάνοντες, πανταχὸν ναυπιῶσι  
καὶ αἴποδονται. συμμετέχεται γὰρ αὐτοῖς ἡ αἰδία εἰ  
ἢ χολή.

Qui magnitudine nauigij offenduntur, tanquam  
multam iactationem præbente, & illinc in lembum  
aut acatum transfeentes ubique nauseant & hærent.  
transgreditur enim cum ipsis molestia & bilis.

Nanque illi magnitudine nauigij offensi tan-  
quam uehementius succutientis, in lembum aut  
nauiculam cum transfilierint, sic quoque non se-  
cias à nausea laborant, nimírum molestia ipsos  
ac bile quod transierint cunque comitantibus.

Οἱ] qui, Articulus subiunctiuus, pro quo interpres, Nanque 15  
illi. Siquidem Relatiua sæpenumerò causam indicant.

Μεγίδη] τὸ μέγεθος magnitudo, τὸ μεγίδειος, τὸ με-  
γέθει, & per Crasis μεγέθει, ut τάχι, Prime declinationis  
contractorum.

Πλοῖος] τὸ πλοῖον, τὸ πλοῖος, Tertiae declinationis.

Δυσχεραινσιμ] δυσχεραινω indignor, indignanter fero,  
offendor, Datiuo iungitur. tertia pluralis δυσχεραινσι, cui  
additur litera v, de hoc pag. 23. uersu 26.

Ως πολὺν τὸ σάλον παρέχομεν] tanquam multam iacta-  
tionem præbenti. qui Datius refertur ad casum μεγέθει. indi- 25  
gnantur nauis magnitudini tanquam præbenti multā iactatio-  
nem, id est, ut quæ, siue quippe quæ præbeat multā iactationē.

Πολὺ] Accusat. nominat. πολὺς, de quo pag. 94. uersu 20.

Τὸν σάλον] ὁ σάλος Tertiae declinationis, iactatio in ma-  
ri, undarum & fluctuum agitatio, que dum in nauim irruit, se 30  
lent uectores huc atq; illuc quassari, & in utraq; navis latera  
protrudi.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

Παρέχομενω] præbenti, efficienti. In eadem significatione plurima uel actiuē proferuntur uel paſſiuē, horum est παρέχω & παρέχουν præbeo, Partic. διπλούσιον. Scitè interpres pro παρέχεσθαι σάλοψ, id est, præbere & efficere iactationem & agitationē, usus est uerbo succutere. Nam propriè succutere, aut quod receptius est, succussare dicitur equus, qui sic graditur ut sessorem concutiat, & equus ipse successor appellatus est, & succussarius, à succussione, hoc est, eiusmodi agitatione. Itaq; id uerbi ad turbulentam nauigationem accommodauit, quoies in uasto nauigio uestor haud aliter concutitur, atq; sessore à successore. Accusatium autem πολιώ expressit Aduerbio uehementius, παρέχομενω τολὺρ τὸ σάλοψ, præbenti multam iactationem, mutauit in uehementius succussionis, quanquam si anxie superstitioni esse uolumus, uertendum est non succidentis sed succutienti. Participium enim παρέχομενω tribuitur Datiuo μεγέθει, non Genitio πλοίω, nisi forte Budæus Genitium legit παρέχομενω τολύρ, succutientis nauigij, non autem μεγέθει παρέχομενω magnitudini succutienti. Boni consulat lector curiositatem, que, cùn tam pulchre constet sensus, dubio procul iniqua foret, nisi nobis propositum esset etiam in minutissimis adiuuare discipulorum studia, eorumq; hæcantiae sic mederi, ut quasuis amoliremur remoras.

Κακήδων] Crasis pro κακὴ ἐκάθετη & illinc. pagina 103.  
uersu 11.

25 ιδι τὸ λέμβορ] επὶ Præpositio, διλέμβονται Tertia declin.  
ἢ τὸ ἀκάτιορ] εἰ aut. hæc litera uaria significat, ut uariant illius spiritus & accentus.

Tὸ ἀκάτιορ] genus est nauiculae pescatorie.

Μεταβορτες] Participium plurale, à μεταβάνω transeo.

30 Πατσαχς ραυτιῶσι] πατσαχς ubiq; ραυτιῶν nauleo, tertia pluralis ραυτιῶσι, per Crasis ex ραυτιάσι. hic autem Verbū est ραυτιῶσι. supra uero Participium Datuii pluralis, qui

MEDITAT. GRAECANICAE

voce consentit cum tertia plurali. pag. 75. uersu 14.

Ἄπορθται ] ἀπορίους hæreo, perplexus sum, Tertia pluralis ἀπορθται, Crasis ἀπορθται ut ποισναι.

Συμμετέρχεται] ων αὐτοῖς Simplex ἐξοματι, Compositum ex μετά, μετέρχοματι, deinde altera præfigitur Præpositio σιώ, nec tamen dicitur συμμετέρχοματι, sed συμμετέρχοματι migrante v in μ, ut Cod. aa 14. uersu 9. in uoce ιμπολίσται, terria persona singularis συμμετέρχεται, ut τύπλεται. Composita uero ex σιώ gaudent Datiuo. pag. 130. uersu 19. hoc loco συμμετέρχεται] αὐτοῖς, cum eis transit, nisi in epire uer-  
lis εται dicere contranxit eis, pro eo quod est una aut pariter cum eis transit. Budæus uertit quo transferint cunque comi-  
tantibus, per Tmesin pro quocunque transferint comitantibus.  
Mutauit quoq; interpres orationis faciem, dum in locum Ver-  
bi cum Coniunctione causali, substituit Ablatium, pro nam  
comitantur, dixit comitantibus. propterea quod Ablatiui abso-  
lute positi crebro causam reddunt, unde εται particulam adie-  
cit, nimirum.

ἄνδρα] ἄνδρις molestus, iniucundus, ἄνδρια molestia. Sui-  
das interpretatur ἀορέσια, id est, si ita loqui liceret, inappe-  
tentia, cum stomachus destitutus appetitu, quod ijs contingit,  
qui nauigationis impatientes nauseant.

χολή] bilis, εται pro ira capitur. unde præcessit οὐσιοφαί-  
ρεσι, indignantur, stomachantur, offensi sunt.

Obseruabis hoc loco, non pertinere ad Interpretem, ut pe-  
riodi, membra, aut incisi rationem habeat, sed utcunq; uiuum  
erit, aut structurae Graci sermonis omni ex parte respondeat,  
aut periodum in membrum, membrum in incisum redigat, aut  
contra geminam periodum transferat in unam. Verbi gratia,  
Budæus si exacte singula tantum spectasset, ac non potius uni-  
uersam sententiam animo concepisset, tres absoluisset, ut habet  
Græcus, periodos, hoc modo; Nam illi magnitudine nauigij

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

offenduntar, tanquam uehementius succutientis. Deinde in lembum aut nauiculam cum transilierint, sic quoque non secus à nausea laborant. Nam molestia ipsos ac bilis quo transierint cunq; comitantur. Vides hic tria esse prouinciata, quæ tribus 5 absoluta sunt uerbis, offenduntur, laborant, comitantur, perinde atq; in Græcis tres periodi totidem constant uerbis, δυσχε-ράντοι, ραντίων, συμπεριέχεται. quæ tria ad unicam trans-  
lata sunt periodum, uultu sermonis nonnihil immutato, quod  
duo uerba δυσχεράντοι & συμπεριέχεται reddit per Par-  
10 ticipia, offendit, & comitantibus.

Atq; hac uariandi figura, iacenti alioqui & frigenti orationi mederi solet. Quandoque enim Græca rectè habent multis dis-  
tincta periodis, ubi Latinus scriptor minus acris erit, nisi mē-  
brorum & incisorum potius feratur multitudine, quam clau-  
15 sularum. est rursum ubi contrà fieri præstiterit, ut plausibili-  
res sint multæ sententiae paucis grauatae membris, quam perio-  
dus iusto prolixior & obscurior, que omnia is demum nosse  
poterit, quisquis & optimos quoq; Interpretes pressius ex-  
cussit, & ipse quoq; se in uertendis Græcis exercuerit, idq;  
20 non oscitanter ac citra iudicium, sed tanquam in promptu po-  
sitis rationibus, quot tandem modis singula uerti queant, quo' ue  
pacto Verbum nunc Particípio, nunc Adiectivo reddatur: Par-  
ticípium interdum Verbo, interdum Nominé, oratio Activa in  
Paſſiuam conuertatur aut contrà. & ita in ceteris omnibus ad  
25 manum sit uariandi forma.

Τοιςτοι δὲ τι οὐδὲ ἀμέτοροι. τὰ γέρενοικε πά-  
θη συμπεριέροντες, παῖσαχθ μετὰ τῶν δροίων θο-  
ρύβων ἐσμέν. ὥστε τὸδέη μεγα θεοὶ ἐρημάτες απωνέμε-  
30 ται ταῦτα.

Tale igitur quiddam & nostrum: nam domesticas perturbationes simul circumferentes, ubique cum simi-

MEDITAT. GRAECANICAE.

Ibus tumultibus sumus. itaque nihil magnum solitudine lucrati sumus hac.

Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquod circumferentes gentium, ubique locorum perinde uersamur in tumultu. quare non magnopere adiutum sumus ab hac solitudine. 5

To:stop] tale, neutrum in op, de quo pag. 84. uersu 27.

ἐπ] igitur, ergo. Coniunctio nunc illatina, nunc continua- 10  
tina.

Ti:] quiddam. neutrum ab infinito nomine τις τινὲς, de quo pag. 14. uersu 3. destituitur autem proprio accentu, quod sit Encliticum. de quo pagina 127. uersu 25. nec tamen ipsum remittit in praecedentem dictiōnēm ἐπ. Nulla enim syllaba gen- 15  
minum sortitur accentū. igitur ἐπ τι scribendum unico accentu. at in οὐαὶ τι duplex est syllaba: namq; οὐ proprium nullum habet, ideoq; locum tribuit accentui particule τι. Quod si dictiōnēm Encliticam præcesserit syllaba proprium accentū posidens acutum, isq; ob consequentiam nigrat in grauem, ut 20  
ἢ ἐπ τιαὶ φιλῆ, rursum reponetur acutus, si Encliticum proprio destitueris, ἢ ἐπ τιαὶ φιλῆ. non autem ἢ ἐπ τιαὶ φιλῆ.

Kai] ο, etiam, quoq; uerti posset, huiusmodi igitur nobis quoq; contigit: nisi quod καὶ multis locis abundat, de quo uide Commentarios Budæi, in quibus plenissimè docet usum partium orationis indeclinabilium. 25

Tὸ ἡμετερὸν nostrum, Pronomen possessiuum, huiusmodi, inquit, quiddam etiam nostrum, subaudi. est. crebro enim Verbum substantiuum intelligitur, cum altoqui apertus est sensus. Capitur autem Nostrum substantiuc, id est, res nostra. siue negotium nostrum, pro quo Interpres dixit, nobis contigit. Li- 30  
ceat tibi quoque sic uertere: Ad hunc igitur modum nostrae

IN ARTEM GRAMMATICA M.

quoque res sese habent, neque uero aliter nobiscum agitur, in eiusmodi igitur statu res nostræ quoq; sunt sitæ, ad eundem rerum statum nos quoque redacti sumus, codem nimirum fermè loco res quoq; nostræ consistunt, &c.

5 έρωτα πάθη ] domesticas perurbationes. οἰκοῦ domus  
έρωτος domesticus, quasi dicas in domo existens.

Plurima uero Præpositionum a dūniculo formantur Adiectiva, aut quæ tanquam à dictiū capiuntur, cuiusmodi sunt ea, quæ officium aliquod significant, aut functionem, & muneris 10 alicuius administrationem, quorum quidem nominum tanta est copia, ut nulla sint Lexica numerandis omnibus absoluta. Cum sint enim Græci in omni compositionis genere felicissimi, nec tam artis conclusi spatijs ut Latini, nullus unquam futurus est modus, qui nouis concinnandis uocibus statuatur. sed pro re natu-  
25 ra, & licuit semperq; licebit scita compositione recens & nu-  
per exorta signare.

Πάθη ] τὸ πάθη Prima declinationis contractorum, τὰ πάθη, Plurale τὰ πάθη, & per Crasis πάθη.

Συμποριφέροντες ] Si Latinis æqualis permitteretur audacia, uerterent concircunferentes, sed aures non ferunt. Itaq; quoties istiusmodi occurunt, quæ ad uerbum commodè & uenustè reddi non possunt, ut fermè contingit in Græcorum compositionibus, spectare conuenit sententiam, & illam uerbis assequi uel diuersissimis. Vim præpositionis σὺν sic exprime,  
25 unà nobiscum circumferentes. nam quod addit Interpres, quoquò gentium, non ad significatum Præpositionis facit, sed toti sententiæ seruit & ornatui.

Συμπεριφέροντες ] φέρω fero: adde præpositionem τῷ εἰς περιφέρω: prefige alteram præpositionem συν, sed nūgret γίνε μ., συμπεριφέρω, unde Participium συμπεριφέρων, τὰ συμπεριφέροντος, plurale δὲ συμπεριφέροντες.

Μετὰ τὸ ὅμοιων θορίων ἴσημην. ] cum similibus, hoc est,

MEDITAT. GRAECANICAE

eisdem tumultibus sumus. pulchrè Interpres, perinde uersamur in tumultu, Genitium ὄμοιων expressit Aduerbio, perinde: μετὰ θορύβων dixit in tumultu: pro Verbo, ἔνθε, posuit uersamur.

Ὄμοιων θορύβων ] Nominatiuus singularis ὄμοιος θό- 5  
ρυβος Tertiæ declinationis.

Ἐστιλι ] sumus, ab εἰσὶ sum. pag. 103. uersu 24.

ώστε ] itaq; quapropter, quare.

ἀδέη ] nullum, nihil, ab ἀδεῖ, pag. 13. uersu 11.

Μέγα ] neutrum à μέγας. pag. 94. uersu 24.

Ἐργμίας ] ἡ ὅρημία, ἡ ἐργμία Secundæ declinationis.

Τάῦθις] Nominatiuus ἀυτη, Genitiuus ταῦθις, pag. 80.  
uersu 14.

Ἀπωράμεδα ] tolle Präpositionem ἀπὸ, manet simplex  
ωράμεθα pro ὠντάμεδα, per Syncopen, ut scripsimus pa- 25  
gina 114. uersu 4. & sequentibus. igitur ωράμεδα est Aorist.  
primus medius pro ὠντάμεθα, cuius singulare ὠντάμεω,  
ab Aoristo act. ὠντά, Futu. ὠντώ, Præsens ὠντώ, per o, quod  
ratione Augmenti uertebatur in ω. Cæterū dum istiusmodi  
ratione Verborum themata quærimus, nihil nos offindat, quod 20  
per quæ decurrimus tempora, crebrò sint inusitata. nec enim  
hoe hic agitur, ut seiamus receptum thema ne sit ὠντώ, an po-  
tius uerbum in μι, ὠντμι. tantum paratur uia quæ temporum  
formationes demonstret.

Οὐδὲ μέγα ἡ ἐργμίας ἀπωράμεθα ταῦθις] gaudet hoc 25  
uerbum Accusatiuo cum Genitio, Accusatiuus significat fru-  
ctum & emolumentum quod percipimus, Genitiuus autem id  
unde fructus proficietur. idem fit in uerbo ἀπολατώ. Lucia-  
nus quodam loco utruncq; usurpauit, τι μὲν γέ, inquit, σὺ ἀπο-  
λαύσεις τὸ δῶρον; τι δέ τις ἀπόλαυσις τὸ σῆ κάλλος ἢ βόες 30  
quem nam fructum percipies è montibus? quid uero boues con-  
sequantur emolumenti è tua pulchritudine? Interpres pro-

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

Accusatiuo δολέρ μέγα, posuit non magnoperē Aduerbialiter, non magnoperē adiuti sumus ab hac solitudine.

Ἄ μάντει ποιεῖ τοῖς, καὶ οὐδὲν ὑπῆρξεν πάμποτε  
ἰχνῶν ἔχεσθαι τὸ πλός σωτηρίαν παρηγένετο (εἴ τις  
γαρ, φησι, θέλει ὅπιστα ματέλειρον, ἀπαρνησάσθω ἐκ-  
ποτῷ, καὶ αράτω τὸν ταυρὸν αὐτῷ, καὶ ἀπολαθέσθω  
μοι) ταῦτα διη. διὰ πόνουχια τὸν τὴν ἔχειρ πειράσθαι  
προσίκει.

30 Quæ uero facere oportebat, & unde licuit nobis ue-  
stigij hærere ad salutem præeuntis (si quis enim, in-  
quit, uult post me uenire, abneget seipsum, & tollat cru-  
cem suam, & sequatur me) hæc sunt. in quiete mentem  
habere, conari conuenit.

35 At uero quæ facta à nobis oportuit, undeque  
auspicandum fuit ei, qui uestigij hærere uoluit  
eius, qui nobis salutis uiam præiuit (si quis, in-  
quit, ponè me uenire uult, abiuret semetipsum,  
20 & tollat suam ipse crucem, & sequatur me) hæc  
ferè sunt. Iam primum mentem pacatam habe-  
re conueniebat.

Mήτοι] at uero, uerum, Aduersatiua coniunctio. hoc loco  
25 respondet coniunctioni Μ, quæ multum ante præcessit, & μέτρ  
ποιῶ αὐτὸς, εἰ. nam post Μ, ut scripsimus Cod. b b 9. uersu 1.  
in uoce μέτρ, fermè sequitur Δὲ, aut alia quævis Coniunctio.  
posteriori sententiae aut membro scriuiens. hic prior oratio, ubi  
ponitur μέτρ, statum rerum Basiliū continet, altera quæ effe-  
30 tur per μέτροι, declarat quid ipsum agere conueniebat.

Ποιεῖ] Infinitiuus à uerbo ποιέω τοιῶ, pag. 48. uersu 2.

ἔστι] oportebat, impersonale dū oportet. pag. 113. uersu 22.

MEDITAT. GRAECANICAE

finge uocem personalem, & cape tertiam personam, δίω,  
δίεις, δίει, & per Crasis δῖ. Imperfectum ἔδεοψ, ἔδεις,  
ἔδεε, Crasis ἔδε. est enim impersonale Actiuæ uocis.

Οὐερ] unde, ē quibus, Aduerbiū.

Ἐπῆργσι] simplex ἄρχω, Fut. ἄργω, Aori.pri. ἄρξα, Com-  
positum ἀπάρχω, Fut. ἀπάργω, Aori.pri. ἀπῆρξα, ἀπῆρξε,  
ἀπῆρξτ, quod uerbum Infinitiuo iunctum tanquam imperso-  
naliter accipitur, pro contigit, licuit, euenit, Ἐπῆργσι ἔχεδῃ,  
licuit hærere. forte Basilius scriptum reliquit Ἐπῆργσι ἄρ, id  
est, licuisset. In exemplari Aldino deest hac uox Ἐπῆργσι. sed 10  
tantum excusum est, οὐερ ἡμιρ τὸ ιχνῶρ ἔχεδῃ, unde nobis  
uestigij hærere, quod nescio ansecutus sit Budaeus, interpreta-  
tus in hunc modum, Vndeq; auspicandum fuit ei, qui uestigij  
hærere uoluit, &c. quasi quippian subaudiendum putarit,  
οὐερ unde, & ē qua re, subaudi proficiscitur. ἔχεδῃ τὸ ιχνῶρ 15  
hærere uestigij. quanquam alioqui ab ijs auspicari conuenit,  
unde licet rem assequi.

Ημιρ] nobis, Datiuus pluralis ab ιχνῷ, pag. 79. uersu 26.

Τῶρ ιχνῶρ] Genitiuum pluralem indicat articulus τῶρ, sed  
cum quius Genitiuius pluralis desinat in ωρ, & Articulus τῶρ, 20  
sit omnis generis, aut Preceptore opus est, aut Lexico, ut discas  
Noninatuum esse τὸ ιχνῷ uestigium, primæ declin.con-  
tractorum, τὸ ιχνές, τὸ ιχνώρ, Crasis ιχνῶρ.

ἔχεδῃ] Infinitiuus ab ἔχουσα hæreco, postulat Genitiuum.

Πέρος σωτηρίαρ] ad salutem, σωτήρ seruator, τὸ σωτῆρς, 25  
unde ἡ σωτηρία salus. Nam quemadmodum à Nominatiuis  
in os, fiunt Substantia in īα, κακὸς ἡ κακία, Codice b b s.  
uersu 4. in uoce ἐπαγγελίας: ita & à Genitiuo desinente in  
os, quandoq; huiusmodi fiunt nomina in īα, ut τὸ σωτῆρς,  
ἡ σωτηρία Secundiæ declinationis.

Καθηγησαμέν] Genitiuius est. Ordo est, ἔχεδῃ τὸ ιχνῶρ  
καθηγησαμένος πρὸς σωτηρίαρ, hærere uestigij eius, qui præmit

IN ARTEM GRAMMATICAM.

ad salutem. Nominat. ὁ καθηγούμενός οὐ, Participium à primo Aoristo med. καθηγούμενον, pri. Aori. actiuus esset καθηγόντα, Fut. καθηγόω, Præsens καθηγώ, uerū in solū est receptum in uoce pāsiuia siue media καθηγέουαι, Crasis καθηγόμενη Pri-  
5 mæ coniugationis circumflexorum. Tamen quoties hæc uer-  
ba Deponentia siue Communia sint excutienda, formabimus  
omnia tempora more Actiuorum & Pāsiuorum, quamvis non  
sint recepta. ideoq; à καθηγούμενον sursum ascendemus ad  
Præsens usq; καθηγώ, sed Lexicon docebit tantum receptum  
10 esse καθηγέουαι, quod est compositum ab ἡχεμαι. nam κατὰ  
perdit uliuim α, quia uerbum incipit à uocali, quæ quòd  
sit aspirata, mutatur τ in θ, καθηγέουαι, non κατηγέουαι.

Ceterum deponentium uerborum tempora quedam fiunt ut  
in pāsiuis, quedam ut in medijs, quod usum magis disces quam  
15 p̄ceptis.

Est autem καθηγόμενη idem quod præco, præceptor sum, hinc  
καθηγέμενος autor, præceptor, qui rem instituit.

Ei τις] si quis, τις aliquis, Eucliticum est, & Accentum re-  
mittit in præcedentem syllabam ει, que ex se accentum nullum  
20 habet, cuiusmodi & alia scripsimus, pag. 127 uersu 23.

Γάρ φησι] φημὶ dico, tercia persona φησὶ, pag. 107. uersu  
ultimo. estq; ex Encliticis, & accentu deslituitur, pagina 127.  
uersu 25. Est autem locus, quem citat Basilius, Luce capite  
nono, nisi quòd ibi additur hæc particula καθ ἡμίφαρ, id est,  
25 quotidie.

Θέλει] uult, prima persona θέλω uolo.

Ὥπίσω με] post me. Aduerbiū est cum Genitiuo. Greco-  
rum quedam aduerbia per Præpositionem reddimus.

Με] Genitiuus ab εἰώ, deslituitur Accentu tanquam En-  
30 cliticum.

Ἐλθεῖ] ελθεθω, secundus Aorist. ἀλυθοφ, Syncope ἀλθοφ,  
Infinitiuus ελθεῖ. pag. 99. uersu 14.

MEDITAT. GRAECANICAE

Ἄπαρντοσάσθω ] tolle Præpositionem ἀπὸ, manet ἀρνη-  
σάσθω , Aoristus primus mediis Imperatiui, ut τυφάσθω,  
secunda persona ἀγνοεῖ, ut τύψῃ, Indicatiuus ἀρνησάμω,  
Aoristus primus actiuus esset ὑπνεῖ, Futurum ἀρνίω, Præ-  
sens ἀρνέω, sed receptum est Deponens ἀρνεομαι, inde ἀπαρ-  
νεομαι, abngeo.

Ἐκτός ] semetipsum, Pronomen compositum, pagina 81.  
uersu 6.

Ἀράτω ] ἀρώ tollo, Futurum ἀρῶ, Aoristus primus ἔρα,  
Imperatiuus ἀροπ αράτω, ut τύφος τυφάτω.

Σταυρός ] ὁ σωρὸς crux, Tertiæ declinationis.

Ἄυτ̄ ] ipsius, crebro reperies αὐτ̄ pro αὐτ̄, quod per  
Aphæresin dicitur pro ἐαυτ̄. pag. 81. uersu 27.

Ἀνολθέτω ] ἀνολθέο sequor, Datiuum regit. pag. 130.  
uersu 15. Imperatiuus ἀνολθεε, ἀνολθετω, et per Crasis 15  
ἀνολθέτω, ut ποιέτω ποιέτω. pag. 48. uersu 15.

Μοι ] Datiuus ab ἐγώ ex Encliticis est Accentu carens.

Τάῦτα ἵζι] τάῦτα hæc, neutrū plurale Pronominis ἵτοι.  
pag. 80. uersu 14. Iungitur uerbo singulari pag. 125. uersu 17.

Ἔσι] est tertia singularis ab ἐμοὶ sum. pag. 103. uersu 24. 20  
estq; ex Encliticis. Scribitur autem ἕσι per υ more Attico,  
qui Personis in iota finitis addunt υ, siue sequatur uocalis, siue  
consonans, siue absoluta sit sententia, siue non. Idq; receptissi-  
mum in Ecclesiasticis scriptoribus.

Ἐμ̄ ἡσυχίᾳ ἔχειρ ] ἔχω babeo, Infinitiuus ἔχει habere, 25  
ὑπ̄ ἡσυχίᾳ in quiete, pro quo Budæus pacatam habere. ἡ ἡσυ-  
χίᾳ quies, Secundæ declinationis, Datiuus ἡσυχίᾳ. per ε  
Diphthongum impropriam. ὢν in, Præpositio iuncta Datiuo  
ἡσυχίᾳ.

Τῷ νῦν ] Accusatiuus. Nominatiuus ὁ νόος, Crasis νῦν. 30  
pagina 91. uersu 3.

Πειρᾶσθη] πξεράμαι nitor, conor, tento. Secundæ coniug.

IN ARTEM GRAMMATICAM.

tionis circumflexorum infinit. περάτης, Crasis περάτης.

Προσίκει] conuenit impersonaliter, Præsentis temporis, & τωρὸς οὐκ, Compositum προσίκη conuenio. Budeus imperfecto reddit, iam primum, inquietus, mentem pacatam habere conueniebat: pro quo Græcus dixit, ἣν οὐχὶ τὸν εἶχεν περάτης προσίκη, hoc est, uerbum εἰ uerbo, In quiete mentem habere, conari conuenit. ordo est, conuenit conari habere, id est, ut habeas, aut ut habeat quis mentem, &c. Magnus est enim usus Infinitiū Græci, & sè penumerò commode redditur per Optatiū præcedente particula ut, aut alia simili. Cæterū nos docendi gratia rudijs uertimus, quò per omnia discipulo satisfaceremus. Neq; uero miretur si inter Græca nihil respoudeat illi, iam primum, nec Interpretē damnet, quasi Infinitiū περάτης neglexerit. Latinis auribus ille inseruit, & sensum bona fide reddidit. Verū iam deinceps in istiusmodi uerſionis siue libertate, siue autoritate, non multū immorabitur, sed Budē doctissimam interpretationē tantum adscribemus. Vbi enim singulorum uerborum themata commonstrata fuerint, & Grammaticas minutias exacte peruestigauerimus, facile quiuis iudicio ipse suo consequetur, quid Interpret̄ aut prudens adiecerit, aut securus transmiserit. quorum utrumque quantum permisum sit, fidorum Interpretū scripta docebunt. Nunc quo cœpimus proposito, has Meditationes absoluamus. De interpretandi ratione, alias fortè & copiosius dicemus.

Ως γέρονθόφαλμῷ ποθεαγόμενοψ σωτεχῶς, καὶ νῦν μὲν αὐτὸν τὰ πλάγια ποθεφέρόμενοψ, νῦν δὲ πέτε τὰ αὖτα Καέτω τωλενὰ μεταπεφέρόμενοψ, ιδὲν γναγγῶς σχισίονται, οὐλὰς γένεται πεσερειδῆναι τὰς σχιστὰς δρωμενῶς, εἰ μέλλοι γναγγῆς αὐτῷ ποιεῖσθαι τὰς δέαρ, τὰς καὶ νῦν αὐθεώπις οὐδὲ μυρίωψ τὴν κατὰ τὴν κόσμοψ φροντίδωμι ποθεαλκήμενοψ, οὐμήχανοψ γναγγῶς

MEDITAT. GRAECANICAE  
γνωτερίσσαι τῆς ἀληθείας.

Vt enim oculum circumactum assiduè, et nunc quidem in obliqua circumlatum, nunc uero ad superna & inferna identidem reuersum, cernere euidenter non possibile, sed oportet affixum esse obtutum uiso, si futurus sit euidente ipius facere cōspectum: sic & mente hominis ab innumeris in mundo curis distractam, difficile euidenter intendere ueritati.

Vt enim oculus continuo circumactu uersatus, & nunc horsum illorumq[ue] deflexus, nunc sursum deorsumque erectus uicissim ac depressus, exactè cernere nequit, sed obtutu incumbe re in rem uisam eum oportet, si quidem conspectum rei perspicuum facturus est: hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam, euidenter cernere ueritatem uix est ut euenire possit.

Ως γαρ] ut enim, respondet ei quod sequitur ὥστε sic. 20  
Οφθαλμὸν] oculum, ὁ ὄφθαλμος Tertiae declinationis.  
Περιαγόμενον] Accusatiuus Participij praesentis temporis, Nominatiuus ὁ περιαγόμενος, à Passiuo περιάγομεν, Actiuum περιάγω circumago, circunduco, uerso, à περι εἰς αἷς: nec abiicit περι uocalem, licet uerbum αἷς incipiatur à uocali. pag. 25. uersu 4.

Συνέχῶν] συνέχω continco, inde συνέχισ continuus Prima declinationis contractorum, τὸ συνέχισ, τὸ συνέχιστρον Crasi συνέχῶν, εἰς τὸ in σ conuerso, fit aduerbiū συνέχῶν, quasi dicas continenter, qua uoce Cæsar utitur pro assidue, εἰς citra 30 intermissionem: continenter bellum gerere. De huiusmodi ad uerbiorum formatione, pag. 83. uersu 26. Pro περιελκόμενον

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

συντεχώς, Budæus habet continuo circumactu uersatus.

Kαὶ νῦν μὲν οὐκέτι τὸ nunc quidem. νῦν Aduerbiū tempore.

ἰδί τὰ πλάγια] in obliqua. neutrum plurale Accusatiū casus, Nominatiū singularis ὁ πλάγιος obliquus, transuersus, Tertiæ declinationis, pro ἵδι τὰ πλάγια, Budæus horum illorumq;.

Περιφερόμενοι] φέρω, Compositum περιφέρω, Paß. περιφέρομαι circunferor, Participium ὁ περιφερόμενος Tertiæ declinationis, Accusatiū τὸ περιφερόμενον.

πρὸς τὰ ἄνω ἢ κάτω] sursum ac deorsum. ἄνω Aduerbiū, sursum, supra, κάτω deorsum, infra. Aduerbijs articuli adduntur in quois genere et numero, sensusq; redditur Latinè per conueniens aliquid Participium, aut alias quamplam uocem, que maxime quadrat. ὁ ἄνω qui sursum uersatur, τὰ ἄνω, sursum sita, τὰ κάτω deorsum posita. πρὸς τὰ ἄνω ad ea que sursum consistunt.

πρὸς] Præpositio iuncta est Accusatiuo τὰ ἄνω.

πυκνὰ] neutrum plurale ab Adiectiuo πυκνός, densus, frequens. Neutra uero Adiectua in utroq; numero tanquam adverbiascunt. τολλά multū, sic πυκνά frequenter, pro quo Budæus uicissim, id est identidem, crebro, per interualla.

Μεταφερόμενοι] Accusatiū est. Nominatiū ὁ μεταφέρομενος, Participium præsentis temporis à Paſtuo μεταφέρομαι. Actuum μετασχέψω conuerto, reuerto. à μετὰ ορθήφω, pro πυκνά μεταφερόμενον, id est, frequenter conuersum, uertit eretus uicissim, ac depresso. nam τρόπος τὰ ἄνω μετασχέψεως, id est, sursum conuerti, non aliud est quam erigi: contrà πρὸς τὰ κάτω μεταφέρεως, deorsum cōuerti, tanquam est deprimi. id uero per uices contingit sibi mutuò succedentes, ideo πυκνά μεταφέρεως dixit, uicissim erigi ac deprimi.

Ιδεῖν] uidere, Iuſinitiuus secund. Aori. pagina 115. uersu 13. in iōw.

# MEDITAT. GRAECANICAE

χαργῶς, manifestè, evidenter, Aduerbiū factū à Genitio plurali χαργῷ. Nominatiūs ὁ καὶ ἡ χαργή, Prīmæ declinationis contractorum.

Οὐχ] non. ὃ ante Consonantem & ποίωσ, & ante Vocabūlū tenuem εἰ τοιντα, & χ ante Aspiratam & χ ἄπας. 5

Οἶοτε] oīos potens, possibilis. quod nōmen Ionico more capiit Parecon τε, οἴοστε, neutrum οἶοτε.

Χρή] oportet. impersonale, pagina 124. uersu 1.

Προτεροτάτη] Simplex ὀρθοδύναι, ut τυφθῆναι, Aoristus primus passiūus Infinitiū modi, Indicatiūs ἡρόθλω, à 10 tertia persona Præt. passiūi ἡρόται, prima persona ἡρεισμαι, Præt. Act. ἡρόκαι, Fut. ἡρέσω. Præf. ὀρθίω, id est, firmo, si=go: προτεροτάτῳ applico, affigo. προτεροτάτῃ τὸν ὄψιν, affigi oculū, siue aspectū applicari.

Τὸν ὄψιν] ἐπίσημα video, præt. ὄμμα, secunda persona 15 ὄψι, hinc ablato incremento uerbale fit ἡ ὄψις, ἢ ὄψεως, τὸν ὄψιν, Secundæ declinationis contractorum.

Ὥρωμένω] ei quod uidetur. ὄράω video. ὄράμαται uidcor. Crasis ὄρωμα Secundæ coniugationis circunst. Particip. ὄρωμεν, Datiūs τοῦ ὄρωμένω, pro quo Budæus dicit rem ui- 20 sam. Nam huiusmodi participijs Præteriti temporis sēpius abutimur, & ad significationem Præscutis accommodamus, quòd Latini non habent participiū præsens à uerbo passiūo. Quāquam & Græci & Latini Participia crebrò solent usurpare, non habita ratione temporis, sed significati: ut rem uisam dicamus non eam solum quam tempore præterito uidimus, sed omne id in quod oculus officio suo fungi potest, sic Græci τὸ ὄρώμενον participio præsentis temporis appellant, quicquid cerni potest, siue nunc in præsentia cernatur, siue antea conspi-cuum fuerit, licet iam lateat, neq; appareat. id est, τὸ ὄρώμενον, 30 & uisum, pro obiecto uisus, ut Physici loquantur, accipimus.

Ei] si, Coniunctio hic posita cum Optatiuo μελλοι.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

Mēλλοι] Optatius ut τύποι, Indicat. μέλλω: quod uerbum peculiariter gaudet Infinituo. solentq; Latini hanc phrasin reddere his uerbis, futurum est ut, μέλλω ποιέμενον futurum est ut faciam, μέλλω γράψαν futurum est ut scribam, μέλλω τύπον futurū est ut uerberem, cuiusmodi planè eadem sunt cum futuris, faciam, scribam, uerberabo, sed uocum usus est obseruandus.

5 Nos rudium ducentes rationē pro μέλλοι diximus futurus sit.

Ἐναργῆ] ὁ οὐκ ἔναργες Prime decli. contractorum. τὸ καὶ  
20 οὐκ ἔναργες, τὸ οὐ τὸ ἔναργες. Crasi ἔναργη, id est, euiden-  
tem, manifestum, aut, ut Budæus, conspicuum. hic capitul in ge-  
nere fœminino, eius substantiuum δέκα.

Ἄντα] αὐτός ipse. pag. 80. uers. ultimo. neutrum αὐτό. Geni-  
tius αὐτή, refertur ad ὄρωμένων Datiūus neutrum. Budæus ha-  
bet pro αὐτή Genitium rei, quia ὄρωμένων uertit rem uisam.

25 Ποιέδη] Infinitius à ποιέσαι. pag. 50. uersu ultimo. εἰ  
in uoce paſſiuā capitul actiue, ideoq; regit Accusatiūm à ter-  
go τὸ θέα. uide Codice b b 15. uersu 1. in παρέχομένω.

Θέα] ή δέα aspectus, uisus, at ή δέα dea, utrunq; Secundæ  
declinationis, Accusatiūs à θέα est τὸ θέα δέκα.

20 Οὐτῷ] sic. ante consonantem οὐτῷ, ante vocalem οὐτῷ.

Ἀνθρώπῳ] Nominatiūs ὁ οὐκ ἀνθρώπῳ Tertiæ declin.

Ἔπος] hæc Præpositio cum Genitio solet addi dictiōibus  
paſſiuē significantibus, ut apud Latinos, à, uel ab. τύποις  
25 ἐπόσις uerberor abs te. sic hoc loco, ἐπόμενων φροντίδων  
περιελαύθυμον.

Muείων] antē hoc explicatum est Cod. b b 10. uersu 18.

Τῷρ καὶ τὸ κόσμορ φροντίδων] Budæus uertit mundi cu-  
ris. Quomodo autem explicari posbit Articulus ille. τὸ iunctus  
Præpositioni cum casu κατὰ τὸ κόσμορ, ostensum est Codi-  
30 c b b 12. uersu 1. in uerbis ἐπόμενοι καὶ τὸ πλέον ἀποφέρεις.

Κατὰ τὸρ κόσμορ] καὶ, in, Præpositio cum Accusatiō  
κόσμορ, Nominatiūs ὁ κόσμῳ Tertiæ declinationis.

MEDITAT. GRAECANICAE

Φροντίδωμ] ἡ φροντίς, ἀλ φροντίδι, τῷ φροντίδωμ.

Περιελκόμενορ] ἔλκωτραho, περιέλκω distrabho. Ραβινομ  
περιέλκουμν, Participium ὁ περιελκόμενορ, τὸ περιελκό-  
μενορ, distractum: est tamen Præsentis temporis. uide de hoc  
in uoce ὄρθωμέν Codice c.c. 12. uersu 20.

Ἄμηχανορ] μηχανή conatus, machina. unde per α priuati-  
uam particulam fit ἄμηχανορ difficile, quod nulla ratione uel  
arte fieri posse.

Ἐντονοσαι] ἀτονίω fixis oculis intueror. Futurum ἀτονίω,  
Aoristus primus ἀτενίσα. Infinitiuus ἀτενίσα, ut τὸ θέα, Com- 10  
positum ἐντονοσαι ab Indicatio præsenti ἐντονίω, quod  
Datiū regit τὴν ἀληθέα, ratione Prepositionis ἐν, uide  
Codice aa 10. uersu 14. in ἐπιφανομένης αὐτοῖς.

Nec mireris interpretem ἐντονοσαι uertisse per Infinitiuum  
præsentis temporis cernere, ut et prius προσερροθῶμαι incum- 15  
bere, et idēp cernere. quandoquidem Aoristi uarijs tribuun-  
tur temporibus. et latissimè patet eorum significatio et usus.

Ἀληθέα] ueritati. Adiectiva in us Primæ declinationis con-  
tractorum faciunt Substantia sc̄eminina in eis. ἡνάργη εui-  
dens, ἡ ἡνάργη εuidentia, ἀληθή uerus, ἡ ἀληθεία ueritas, 20  
ἀληθείας, τὴν ἀληθέα per α diphthongum impropriam,  
et hoc differt ἀ Nominatio ἀληθεία.

Ἀλλὰ τῷ μὲν οὔπω τοῖς δεσμοῖς τῷ γάμῳ συνε-  
ζύγμενορ, λανσάδεισ ἀπόθυμίαι, οἱ ὄρμαι συσκέ- 25  
θεῖσαι, οὐ ἔρωτες λατεράστεροι.

Sed quidem nondum uinculis nuptiarum constri-  
ctum, rabidae cupidines, & impetus irretenti, & amo-  
res quidam perditu perturbant.

Atque ei quidem, qui nondum coniugal-  
bus uinculis astrictus est, rabidae cupidines, &

IN ARTEM GRAMMATICAM.

impetus effrænes, amoresque incessunt perditissimi.

Δεσμοί] Datius pluralis, Nominat. ὁ δεσμός Tertiae declinationis, est uerbale à οἴω ligo, pag. 103. uersu 16. in fine,

Γάμος] ὁ γάμος nuptie Tertiae declin. est singulare, cum nos utimur plurali in nuptie. uide Cod. aa 10. uer. 12. in ἐπιφανομένης.

Συνέστραμμον] ὅ σύντρομον Tempora sumit à ζόνω, ut seriptum est pag. 109. uersu ultimo. in uerbo σύντρομον, Futurum 10 igitur ζόνω, Præt. act. εἰσάχω, Paß. εἰσαγμα, Particip. εἰσαγμένος, & Compositum συνέστραμμον, Accu. τὸ συνέστραμμόν. Verbum tamen scribitur συζόντρομον, non autem σωζόντρομον, ut συζάω non σωζάω, pag. 122. uers. 2. Est autem συνέστραμμόν coniugatus, pro quo Budæus, Constrictus.

Λυαρώδεις] Multa sunt adiectiva in ὡδη communia Primæ declinationis contractorum, ἀνὴρ ἀνδρός uir uiri, ἀνδρός uirilis, ἰξός uiscum, ἰξώδηs uiscosus: sic λύρα rabies, λυαρώδηs rabidus, & οὐδὲ λυαρώδεις, pluraliter οἱ ρήγαι λυαρώδεις, Crasis λυαρώδεις.

ἐπιθυμητα] Nominatiuns pluralis, singularis ἐπιθυμητα concupiscentia Secundæ declinationis.

